CAROLI DRELINCURTII,

Medici Regii in Galliis,

NEC-NON

in Almâ Batavor. Acad. Profeſſoris Medicinæ Primarii,

LIBITINÆ TROPÆA,

pro Concione,

Quum Faſces Academicos deponeret, *computata;*

Die Solemni, VIII. Feb. 1680.

Editio altera.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LUGD. BATAVOR.
Apud Felicem Lopez.
M. D. C. LXXX.

Valvis affixum Academicis, hujus Orationis pridie.

Sicuti votivæ morientium voces *religione* quâdam excipiuntur, ita & craſtina * mea veſtri Rectoris expiraturi verba *religioſis auribus* hauriatis velim. Occaſione ſiquidem recèns nobis ereptorum Nobiliſſ. *Moſadamii*, & Illuſtris Thiltii, Acad. Curatorum; nec-non Ampliſſ. *Golii* Conſulum Præſidis; ac trium inſuper Profeſſorum Conſultiſſ. nempe *Cœman*; Solertiſſ. à *Schooten*; & Literatiſſ. *Uchtmanni*, aliquot *Libitinæ Tropæa* ſum enarraturus, eáque

vel

Sin

Singularia,
- morbis vulgaribus
  - capitis,
  - pectoris,
  - abdominis,
  - & totius corporis;
- eventibus raris, ab ævô Loti, ad *Carolum* uſque *IX*. Galliar. Regem;

Pluralia, numeróque vel
- *certô*, à duobus ad 1500000;
- incertô, à diluviô *Noachi*, ad *Chriſti* Natalem.

* *Ne glorieris de die craſtino, quia neſcis; quid pariturus ſit dies*. Prov.cap.XXVII.verſ.I.

MORTE MORIERIS.
Gen. 2. verſ. 17.

Sicut per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors; ita in omnes homines mors pervaſit quandoquidem omnes peccaverunt.
Rom. v. verſ. 12.

Stimulus verò mortis peccatum eſt: & vis peccati Lex eſt.
1. Cor. xv. verſ. 56.

Quis vir ita vivat ut non experiatur mortem? eripiat ſe ipſum à ſepulcro; Excellentiſſime?
Pſalm. LXXXIX. verſ. 49.

GENE-

GENEROSISSIMO

D. D.

SALENTINO JUSTO SINOLT,

BARONI VON SCHUTZ,

SERENISSIMI

BRUNSVICENSIUM

ET

LUNÆBURGENSIUM

DUCIS

CONSILIARIO INTIMO,

AC

NEOMAGUM NUPER

LEGATO

PLENIPOTENTIARIO;

C. DRELINCURTIUS

S. P. D.

Hominem Diogenes, ipſô meridiê, accenſâ lucernâ quærit, nec repe-

* 3 rit:

rit; hâc ego meâ; publicæ lucis, feralî tædâ Lectorem dum quærito, qui aliter me, quàm curſorias legat Epiſtolas, en Te, *Vir Illuſtris*, animi Tui dotibus non minùs ſplendidum offendo, quàm & Natalibus clarum, & Muneribus conſpicuum ſuſpicio.

Te ſiquidem, *Vir Excellentiſſime*, quò ſtudioſiùs obſervo, eò certiùs apud me conſtat Tuos annos animô Te præterîſſe ſemper, & maxi-

mô propterea Tuî meritô, (*nec unius Avitæ Tuæ & Nobilitatis, & Virtutis ergò,*) Auguſtiſsimam ad Cæſaris Aulam, ætatis Tuæ quintô duntaxat ineuntê luſtrô, Delegatum eſſe. Et inibi profectò, ingenii Tui Excelſitas atque Magnitudo tergeminis Tuis cum honoribus certatim refulſit.

Tantus & ille Genii Tui ſplendor, tantæque Tuî, (*Neomagi nuper ad Europæ pacem Perſpicacis ac Omni-*

potentis Internuntii,) Dignitates me ſicuti traducunt in admirationem, ita & Gloriæ Tuæ promovendæ ſtimulô me fodicant jugî. Sed eheu! Curarum ingentes volvo pectorê fluctus, Tuis tot laudibus imparem me tubicinem eſſe mecum dum reputo; nulla namque latera mihi ſatis firma, quò meritis Te præconiis in Cœlos efferam: Iſti propterea mei ſpiritûs exilitati, quâ tuba mea remiſſè clangit, ſcriptionê proſpicio.

O utinam mihi, è Tubicinê Scriptori, venæ ſaliant ſupra Plinianas, quò Tibi, *Virtutibus Trajanô potiori*, Panegyricum dicam Plinianô perenniorem! Verùm, quia tantam ſcribendi facultatem mihi Deus non conceſsit, conſultiùs eſt, VIR ILLUSTRIS, tot iſthæc merita Tua grandia altum ſilêre, quàm ingenii deterere culpâ.

Sed, ut undè orſa eſt, in eodem hæcce terminetur

Nun-

Nuncupatoria, Te mihi Lectorem gratulor acrîs & ſubacti judicii, quò lemmata mea vel calumniis abſolvas & protegas; vel plagii damnes & probroſô confodias obelô. Uni quippe Tibi, exquiſitiſsimo rerum æſtimatori, Oratio ſi diſplicet, denſis ad me revolabit ſepelienda tenebris: Sin autem arridet, contentô, nec fugientê, legenda reveniet oculô, atque ſic mei deriſores lævi peſſum erunt premendi. Me ſiquidem Oraturum Præco defecit, qui profanos

fanos à me ſtultóſque ſcurras procul arcuerit. Illi propterea, *ſacram juxta parœmiam*,* me non ſolùm ſpreverunt, verùm, ſuis, *tot illi crabrones*, venenatis aculeis ita pupugerunt, hâc ut publicâ lucê, *aëre ceu liberiorî, & apricatione*, peſtilens venenum illud difflaſſe ſufficiat nequaquam, ni Tuis, *mî prudens Opifer*, mihi nunc (*mutuis Noſtrûm Ægrî atque Medicî permutatis vicibus*,) præſtò ſis Alexiteriis, & reliquum mihi virus aſperſum,

* *Prov. Cap.* XXIII. *verſ.* 9.

PRÆFATIO.

Nihil eſſe quod invidia non arrodat meæ periculô famæ comperio; illius enim obtrectatio me rodit, me lacerat. Nuperis quippe diebus Faſces depoſiturus Academicos, *lugubres illos, lugubris depoſui. Sed meos* Auditores *dum* plurimos in luctum voco; *ecce, malevoli ſuam in me exæſtuant invidentiam, & plenis buccis me* Polyantheam *exſcripſiſſe* † *deblaterant.*

A

† Nam, ſicuti *lingua ſapientum bonam profert ſcientiam*; ita *os ſtolidorum eructat ſtultitiam.* Prov. cap. xv. verſ. 2.

terant. Iſti nempe maledici Polyantheam totum *ſuam in medullam*, ſambucinâ viliorem, *ita converterunt, ipsâ ut* Invernâ *callidior etſi forem, nullum nihiloſecius è* Polyantheâ *ſuffurarer* ἰῶτα. *quin protinus plagiarium me deprehenderent.*

En me igitur αὐτόφωρον, *& furtivi* Iota *multiplicis conſcium atque confitentem. Quid etenim furtum negem* capitibus *tam* acutis? *Illos nimirum* φοξὰς *nihil fugit quoniam acutiê ſuâ vel in animos penetrant & corda ſcrutantur.*

O quàm ſtupeo tam altam illorum ſapientiam! O quàm mihi dolet quòd*, præter Epitomen Sennerti, & glandularum

* *Eruditio ſtultorum ſcaturigo eſt ſtultitiæ.* Prov. *cap.* XVI. verſ. 22.

larum maximam unam, atque minimam alteram, *ipſos putaverim ſapuiſſe nihil. Nunc porrò conſtat apud me*, Polyantheam *ipſos noſſe. O reconditas Virorum Literas, quibus univerſus Literatorum Chorus aſſurgat! O dolenda Literariæ Reip. fata, quòd* Polyantheam‡ *tanti Viri, nullam ad praxin revocent? Aliàs certè, mirifici fructus ex illo cornu-copiæ nobis offerrentur, quibus in admirationem atque ſtuporem traduceremur; ſed nos* ſtupêre *nolunt, illorum namque dotes miraremur nuſquam. Prudentes itaque & ab orando & à ſcribendo ſeſe continent. Ipſis*

‡ *Polyantheâ* expreſſâ, *utpote notiori*, Theatra velim & expreſſa *Swingeri*, atque *Beyrlinckii*, ad univerſalis *Polyantheæ* normam extructa.

ſiquidem abundè eſt Judices in me ipſo Momo & otioſiores & mordaciores ſedère : Illorum nihilominus reprehenſionem longè fugiſſem, ſi Rector expirans, Profeſſor & expiraſſem. Mea ſcilicet fata ſuprema, (etſi me raperent ad Divos, & illorum foret meam Α'ποθέωσιν *celebrare,) minùs ipſis invidioſa forent, quàm halitus hicce meus in oris Batavis. Sim* Divus, *modò non ſim* Vivus.

Eſt & aliud rei pondus, quod me, licèt ſuperſtitem, *illorum invidiâ liberaſſet, ſi rationibus nimirum ad Incolas Lunæ concatenatis vel Præ-Adamitas, vel alterum Orbem, Orbe in illô Lunari, aſtruxiſſem. Tunc, meherclè, laudum diribitores illi ſuis me*

plau-

plauſibus in cœlos extuliſſent, ubi felici *nunc* ferirem ſidera verticê. *Sed, cùm Jovi minùs fuerim in deliciis, ſors alia ſuſtinenda venit : atque adeò, ſi qua mihi virtus*, illâ me *tacitus* involvam; *&* mihi canam *&* Muſis.

Interim caveant æmuli mei, ne invidiâ rumpantur; præſertim, dum contentiùs & identidem * *buccinant* ambabus me manibus Apographum excepiſſe Langii. *Veriùs* Calepinum *me deſcripſiſſe proclamarent, nihil namque ſum elocutus, quod apud ipſum non pateat. Veriùs adhuc*, Elementarium Exſcriptorem *me tra-*

* Nam, *ut canis redit ad vomitum ſuum, ita ſtolidus iterat ſtultitiam ſuam.* Prov. Cap. XXVI, verſ. 11.

ducerent, aliud quandoquidem nihil, Oratione meâ totâ, *quàm* Elementarium Codicillum *millies atque millies tranſcripſi;* *atque etiam nunc, quid aliud quæſo, quàm ejuſdem* Elementariæ Tabellæ *tranſcriptor fio?* *Sed* INVISUS, (Luci *tamen, ut &* Invidiæ *objicior publicæ,*) *dum ipſi,* invidentiâ ſuâ cæcâ, *vituperandos* † *intenebriones tranſcribuntur.*

† *Si ſapias, ſapies tibi, ſin deriſor eris, ſolus reportabis.* Prov. cap. IX. verſ. 12.

Allo-

Alloquia.

Illuſtres & Nobiliſſ. Viri Summates, alta quidem, ſed nihiloſecius inconcuſſa Reip. Columina; Legationum Vobis demandatarum Exornatores Splendidi; Academiæ Fautores benigni; Educatores providi, & Altores munifici;

Tu ſecundùm, Juris Academici Propugnator non duntaxat acerrime, ſed & vigilantiſſime Promotor;

Tu deinceps, Ampliſſ. Coſ. qui Hippocrateam dignitatem & Juſtinianæum decus pariter ſuſtines atque protendis;

Vos inſuper, Viri Coſſ. & alii, atque Scabini, tum Civitatis Almæ Patres Almi, tum æquiſſimi pœ-

pœnarum præmiorúmque Diribitores;

Vóſque Magiſtratus reliqui, quorum & prudenti Conſiliô & dexterâ manû ſuos vegeta hæc Civitas lacertos movet;

Vos præterea Conjunctiſſ. Collegæ, Scientiarum omnigenûm fœcundiſſima Pectora;

Vos etiam, quotquot adeſtis Honoratiſſ. Viri, meritis veſtris & in Remp. & in

& in Literas conſpicui atque ſuſpiciendi, grande meum decus hodiernum;

Vos pariter, Venerandi Protomyſtæ, Oraculorum nullius mendacis ſpiritûs, ſed ipſius Veritatis æternæ & ſequeſtri fideles & diſpenſatores accepti;

Vos deinde, Triplicium Doctorum Cœtus frequens ipſis Gratiis amœnior;

Túque

Túque poſtea, Multiplex Academiæ Civis, quem multijuga doctrina, *atque adeò Medica noſtra*, & delectat & juvat;

Vos itidem, Myſteriorum Dei ſcrutatores indefeſſi;

Vos quoque, Themidos fatidicæ pervigiles Proci;

Vos ſimiliter, Arcanorum Æſculapii Auſcultatores avidi;

Vos

Vos adhuc, ſecretioris Phyſices inveſtigatores naſuti;

Vos demùm, chara Minervæ ſoboles, Literis Humanioribus & ubertim lactata & (*vel in præſens*) uberiùs lactanda.

Exor-

Exordium.

N*avita de ventis, de tauris narrat arator,*
---quod Medicorum eſt,
Promittunt Medici, tractant fabrilia fabri.

Cùm igitur Medica mea, quam nactus ſum ſparta, millies me docuerit unicum in vitam ingreſſum, ſed exitus è vitâ millenos eſſe, eóſque dubios atque præcipites, adeò ut neſciatur quid *ſerus veſper vehat*; Et hâc ipsâ ſolemni die, [*mihi quidem illætabili, ac recordatione malorum acerbâ, ſed plurimis aliis & lepidiſſimâ ſimul, atque dulciſſimâ*] medio de fonte *lepô-*

rum ſurgere queat *amari* aliquid, quod in faucibus angat, lubet [1] *ex redundantiâ cordis eloqui*, ac veſtrum in ſinum meos effundere luctus, atque *Hippocrateas* [2] *à Luce in Orcum migrationes* aliquot Medicâ virgulâ dimetiri, & *ſtipendia* [3] *peccati*, Morbos ſcilicet, nec-non Libitinæ trophæa, Medicis etiam calculis computare [4]. Id enim lemmatis

1 Ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Matth. XII. verſ. 34.

2 Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ, ἐξ ᾅδου εἰς φῶς αὐξηθὲν, γίνεσθαι. Τὸ δὲ ἐκ φάεος εἰς ᾅδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι. *Generari* ſiquidem, ipſi eſt, *ab Orcô in lucem erumpere*; *Mori* autem, *à luce eſt in Orcum migrare*. Illis igitur migrationibus æſtimandis *virgula metrica* apprimè quadrat.

3 Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. Rom. VI. verſ 23.

4 Pariter enim *ſtipendia*, atque *trophæa* in computationem veniunt.

1 Se-

tis ad nos volentes, nolentes; ſeriùs aut citiùs [1] ſepulcri prædam [2] futuros attinet. Mors ſiquidem, non ab *Heſiodici* [3] *Promethei furtô*, ſed à *ſacri* [4] πρωτοπλάστου faſtû in mundum eſt illata, & in ſingulos dominatur, unis exceptis *Enoch* [5] & *Eliâ* [6], typis Chri-

1 *Seriùs, aut citiùs ſedem properamus ad imam;*
Tendimus huc omnes; hæc eſt domus ultima.

2 Ἀπόκειται γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν. *Conſtitutum eſt enim hominibus ut ſemel moriantur. Hebr.* IX. verſ. 27.

3 *Heſiodi* namque *Prometheus* ignem Jovi ſurripuit; ejúſque facinus furax & in ipſum, & univerſam ejus in ſobolem *morbis*, atque *mortibus* redundat. Ἔργων καὶ Ἡμερῶν: v. 48. & 56.

4 *Sacri* quippe *Codices* & *Gen.* III. verſ. 5. 6. & 19; Et *Rom.* v. verſ. 12. genuinos illius calamitatis humanæ fontes, *longè alios*, detegunt; & ab illis deviaſſe ſummum eſt nefas.

5 *Gen.* v. verſ. 24. Et Hebr. XI. verſ. 5.

6 2 Reg. 2 verſ. 11.

Chriſti. En homo ſors tua!
En Curator Illuſtris alter atque alter, Divinis veſtris & in Remp. & in Academiam meritis alioquin immortales!

En Florentiſſime * Conſulum Præſul, digne rogô ſeriore!

En lugende Collega, *qui, nuper*, nobis duntaxat *oſtenſus* † *es*!

En flebilis & Collega ſecunde, Archimedis inclyte geniô!

En ‡ demum, πολυγλωττότατε Collega tertî, reconditiorum literarum penu reconditiſſimum, Fata ve-

* Annis enim, perinde ac dignitatibus, florebat.

† Alluditur ad illud, *terris illum fata duntaxat oſtenderunt.* Is quippe, vix Profeſſor Inauguratus, de vitâ deceſſit.

‡ Sex illi p. m. Viri meô nominantur in Programmate.

* Epi-

veſtra ſuprema! Vobis naſci contigit, mori reſtabat: naſcentes enim morimur, finíſque ab origine pendet. Hanc autem Conſtantinus πορφυρογέννητος * cum *Tytiô* † terræ filiô, communem ‡ accipit. Spumantis enim libidi-

* Epitheton eſt Patre Imperatore, & Matre Auguſtâ Conſtantinopoli *natorum in purpurâ*, ſive *purpurâ exceptorum naſcendo*.

† Is eſt *terræ omni-parentis alumnus*, quem *cernit* Æneas dum *impia Tartara* luſtrat. Sic Tullio atque Perſio, *terræ filius*, & *progenies terræ*, deſpicatiſſimum hominem denotat, & ignotô genere ſatum. Talem igitur, jure, meritóque Cæſaribus in purpurâ natis oppono.

‡ Origo ſiquidem & *purpurati Cæſaris*, & *Ovipellionis* eſt eadem. Pariter etenim materna dum premunt ilia, medii geſtantur *oletum* inter, & *urinam*; id eſt, *ſtercoroſum* inter *inteſtinum*, ac *veſicam urinariam*. At ſterquilinium illud, urináque, *ſaccati* dicuntur *humores*, quòd inteſtinorum, ac renum, *incerniculis*, ſeu *ſaccô* percolentur. Iſthæc ſunt eadem profectò & Cæſaris myr-

bidinis uterque *bulla*, 1 inter *ſaccati* 2 *humoris utres* aliquamdiu fota; ſed deinceps *ab Orcô* 3 *in Lucem* erumpens, idque poſt Caïnum & Abelem 4 natos, longè porrectâ ſerie, nullis unquam Mortalium 5 ſeculis vel abruptâ, vel abrumpendâ. Nemo quippe tam puer eſt, ut vel Aſcræi

* Θεο-

rham olentis, & hircoſi ſubulci, vitæ primordia.

1 Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος, fert adagium. Aliis verò, φυσαλλὶς, ἢ ἀφρός ἐστι, *veſicula* eſt, *ſpumáque*. Ita certè, qui ipſum & generat, aliud nihil quàm libidinem *deſpumat* ſuam; *ſpumantem* enim illam *ejicit*.

2 Vide Notularum penultimam.

3 Videſis Notulas pag. 14. no. 2.

4 *Gen.* IV. verſ. 1. & 2.

5 In ſeculis namque ſeculorum, *neque uxores ducuntur, neque nuptum dantur*, *Matth.* 22. verſ. 30. atque adeò, nativitatis illius communis noſtræ ſeries, tunc demum, *ſed aliàs nuſquam*, abrumpetur.

* *Aſcræi*,

* *θεογονίαν*, vel Nonni † *Διονύσιον* ‡ *διςοτόκειον* non explodat? Ortus ergo noſter unicus eſt, at occaſus numerum neſcit. Quis enim omnivagas Proſerpinæ ſtrages vel fando numeret?

* *Aſcræi*, id eſt *Heſiodi*; ſic *Venuſinum* dicimus pro *Horatiô*. Heſiodus autem *θεογονίαν*, ſeu *Deorum generationes* conſcripſit, quæ mihi ſunt *gerræ germanæ*, *atque Ædepol λῆροι λήρων*.

† *Nonni*, is eſt, cujus extant Heroica de Bacchô carmina Græca, ubi aniles alias inter fabellas, *Semelen* nugatur, *Dionyſiô*, ſeu *Bacchô* gravidam, Jovis fulminibus arſiſſe; confeſtímque Bacchum, *ne deflagraret*, uterô exemtum, & Jovis inſutum femori, qui plenis illum menſibus & geſtavit, & enixus eſt; exindéque Bacchum & *βιμήτορα bimatrem*, & *διςοτόκειον* * *bis genitum* fabulantur.

‡ Diſſimili certè caſû *Greg. Nazianzenus* infantes priùs tumulatos, quàm natos, id eſt, *in uterô mortuos διςαφίας bis* * *ſepultos* vocat. Tumulô ſiquidem uterinô, vivente, ſibique ſingulari, priùs conduntur, quàm inanimô terræ ſepulcrô, communi nobiſcum, excipiantur.

PARS PRIMA.

1. An Reges enarrabo Carlomannum [1], vel Ludovicum [2] Pium, pernicioſâ [3] paralyſi reſolutos?

2. An Pontifices Leonem decimum, vel tertium decimum Gregorium catarrhô [4] ſuffocatos?

3. An

1 Rex Italiæ ſeculô nonô.
2 Rex Galliar: ſeculô duodec.

3 Id Epitheti nequaquam redundare, apprimè norunt, *paralyticos* qui norunt, *Arte Medicâ*, non dicam, ſed S. S. *Salvatoris* vel *Verbô*, vel *Baptiſmô*, *ſanatos*, *Matth.* IX. verſ. 6. & *Joh.* V. verſ. 8. Nec-non *Hiſt. Sacraticæ Lib.* VII. *C.* IV.

4 Leoni quidem decimo *catarrhum ſebrilem*, *triduanúmque* tribuunt, quod admitto: At XIII. Gregorii *duabus horis* lethalem *anginam* pernego. Nullam quippe, tantâ pernicie tam pernicem *anginam* agnoſco. Sed Hippocrateos κατάῤῥους συντόμως ἀπολλύντας, Medicis aliis *ſuffocativos* meritò

3. An Poëtas Statium [1], vel Petrarcham [2] lethargô ſepultos?

4. An Lucium, vel Conſtantinum Cæſares, apoplexî [3] raptos?

5. An Ofilium [4] Hilarum, vel

meritò dici, & ratio fida, & ſalus amicorum infida, acutiorem cordi meo infixerunt aculeum, quàm memoriâ meâ ut excidat, repentinô catarrhô mihi dilectiſſimos ereptos eſſe unius, vel alterius horulæ curriculô.

1 Parentis obitum illum Publius luget Papinius Statius, *ex traduce Poëta, Sylv. v.* 111. verſ. 260.

2 Is Florentinus eſt, ſeculi 14. Philoſophus, Rhetor & Poëta, manibus omnium tritiſſimus.

3 Hanc lectionem ἀποπληξίας, ἀντὶ τῆς ἀποπληξίας, *Salmaſio* debeo *Capitolini Antoninum* commentanti. Græca autem de Conſtantinô pagina ipſum refert πληρώσαντα τὸν βίον ἀποπληξίᾳ ληφθέντα.

4 En dignam profectò, Hiſtrione tantô mimicam cataſtrophen, & quidem facundos, ac linguæ motorios inter calyces.

vel Pomperanum Gallum, *ocyores fulgure*, catalepſi conglaciatos?

6. An Crotoniaten [1] Athletam, vel Himerium Sophiſtam, luctiferô comitiali divulſos?

7. An Bonifacium [2] octavum, vel Carolum ſextum, maniacô furore mentis, *furiales* [3] *ad Erynnias*, abreptos?

8. An Balbum [4] vel Lotharium

1 Stabat in procinctû, qui renuntiaretur Ὀλυμπιονίκης, ſed repentinus epilepſiæ caſus, corruptibilem ipſi, *cui tam avidus inhiabat*, gloriæ coronam eripuit. Sic & aliàs ſæpiùs obtigit, *multa* ut *inter calycem*, *ſupremáque labra ceciderint.*

2 Parum abfuit, quin accommodatiora furentis animi fœminina reputaverim exempla de Priami Hecubâ, déque Latini Regis Amatâ.

3 Vide notulas ad artic. x. pag. 24. & 25.

4 Is *Balbus*, atque *Bardus* fuit, qui pecude ſtupidior, literas pueros doceri vetuit, ipſos

rium primum, phrenitide ſuâ deflagrantes?

9. An Lucullum, *philtrô* * *Calliſthenis*, vel Juſtinianum, *cum ſuô Sophiæ delubrô*, qui, *amentiâ pluſquam* *Ther-*

ipſos ſe doctiores ne cerneret; ſed φρενίτιδι νόσῳ κατέστρεψε τὴν ζωὴν, *vitam ſuam cum phrenitide permutavit.* Dignam certè ſtupore tantô permutationem.

* Quàm fluxa ſit hominum ſapientia, *binis* certè liquet exemplis illis. Is quippe, *qui ſolus ſapit*, *ſapientum ſapientiam*, pro lubitû, *diſſipat.* En v. g. Lucullus *Calliſthenem* ſuum manû mittit. Verùm, *libertus* ille, quò effuſiùs à Dominô ſuô redametur, *philtrum* ipſi propinat. Sed illô vix epotô, mens illa *ſapiens* traducitur in *amentem*. Sic itidem, *graviori* & *lapſû*, de ſapientiæ culmine *Iuſtinianus* procidit. Is enim, dum *ſapientem ſeſe dictitat*, *ſtultus fit.* Byzantii namque Chriſto Deo, qui *Sapientia Dei eſt æterna*, Templum erigit, quod Ἁγίαν Σοφίαν, SACRAM SAPIENTIAM inſcribit: ſed ecce, *inviſibilis* ille *Sapiens unicus*, *qui ſapientes carpit in aſtutiâ ipſorum*, Juſtiniani conſilia confringit, illumque *tradit in mentem inanem.*

res, ſuáque rabie, *ceu Cerberô*, tranſverſos, *ad Eumenidas*, raptatos?

Quid, ſupremos exitus ad alios ſi deflecto? En Attyla, ob effrænem * κλινοπάλην, & Alexander, Græcorum Cæſar, ob Bacchi madorem, ſanguineis narium eruptionibus oppreſſos.

2. En Oratorem † Nigrum, & Upſalenſem Protomyſtam, angi-

lius ludibundi cum Herô ſuô catuli, & labri morſû rabioſam necem inferentis, *Eumenidum idea*, quæ Lucano *Stygiæ* ſunt *canes*, mentem meam protinus affecit; ſed citra dolum malum pios in Baldi Manes.

Tantumdem dictum putes de Bonifaciô 8. & Carolô 6. quos *mania*, (aliis *phrenitis*, vel *febris delira*) pag. hîc 22. no. 7. furibundas ad Erinnyas detruſit.

* Id eſt, *Veneris luctam*, laſcivam nimis, atque petulcam.

† Propter ſpinam inter piſces edendos.

anginâ [1], ceu laqueô, ſtrangulatos.

3. En Gelaſium ſecundum, & Bonifacium nonum *, de Sanctuariô pleuritide pulſos.

4. En Polemon [2], atque Lepidus, phthiſi lethæâ ſceletus uterque.

5. En Maximilianum ſecundum, atque Fridericum Palatinum pectoris hydrope [3] merſos.

6. En

1. Ludicra Demoſthenis, crumenæque ſalubris ἀργυράγχη, ſerii mei, funeſtique lemmatis eſt nulla; ſed συνάγχην conſultus omiſi, Manibus ut parcerem & Suidæ *Chryſippi*, & Eraſmiani *Hermici*.

* Ineunte ſeculo } 12. & 15.

2 Is Philoſophus eſt, qui ἐτελεύτησε γηραιὸς ἤδη ὑπὸ φθίσεως; Lepidus autem, in Sardiniâ, quò trajecerat, νόσῳ τηκεδόνι χρόνιος ἀπέθανεν.

3 Illorum enim pulmones, pericardium, atque

6. En Medicis Ferneſianis uni & alteri *pulmonea* * rumpitur *vomica*; & alluvione ſuâ, tetráque mephiti, lampada vitæ reſtinguit.

7. En Iſabellam †, *Caroli ſeptimi parentem*; atque Catharinam † *de Medicis*, angorê confectas.

8. En

atque cor, dirâ mole feri ſtagnantis obruta ſunt.

* Pulmonea dicitur, tum quòd pulmonis fuerit, tum quòd tumidior crepuerit, & horæ quadrantê Medicos illos alterum, atque alterum è vivis eripuerit.

† Exempla hîc fœminea, pauci, *ni ſint emunctæ naris*, odorabuntur. Quidni v. g. Terentium, atque Juvenalem, tædio marcidos luxi?

En conſilii rationem. Uti fœminæ iracundiâ efferatius nihil eſt, ita muliebri fletû & angore nihil eſt acerbius: ſed maſcula virtus affectibus illis vulgatiùs obluctatur, nec illis uſque adeò ſuccumbit. Geminum igitur de angorê confectis fœmininum exemplum, maſculo atque virili conſultius eſt longé.

8. En pericardii atque cordis oſſea [1] concretio, Gaſparis Schombergii, atque Mariæ Medicææ vitales [2] rotas ſufflaminat.

9. En Antigonus Δώζων, & Valentinianus primus, expectoratô ſanguine *purpuream* [3] *animam* effundunt.

10. En Ariſtobulum [4], & Epiphanium, vomitû cruoris inanimos.

11. En

1 Caſus inſolentes illos, meritò certè, ab oblivione, noſtri vindicant Scriptores.

2 Lepida hîc eſt Metaphora; ſed aliena foret ab exemplo *Fernelii*, hîc pag. 27. no. 6.

3 Iſthæc rurſum Metaphora *Purpuratis Animabus* illis, non verò *vilibus* aliis, apprimè quadrat.

4 De Ariſtobulô, *Iudæorum Rege*, Græca Joſephi pagina fert τὸ αἷμα ἀναβάλλει. De Epiphaniô autem Sophiſtâ, Græca itidem Eunapii ſeries habet, τὸ αἷμα τοτήσας; quod utrumque fateor commodè & ad *hæmoptoën* traduci: Sed quoniam exempla *hæmopty-*

ſeos

11. En Timagenem * atque Condæum * cibis eructatis morticinos.

12. En Perſius † atque Jovinianus, ventriculi vitiô, mortéque pallidâ ſqualentes.

13. En Auguſtum, atque Ve-

ſeos modò protuli ex Plutarchô, atque Socrate Scholaſticô, ſatius duxi Joſephi & Eunapii Interpretibus favêre, iſthæcque Ariſtobuli ac Epiphanii ſymptomata *de cruoris vomitû*, non verò de *ſanguinis expectoratione*, in medium adducere.

* Orator *Timagenes* ille *poſt paſtum vomere ſtudet*, *ſed cibô* fauces intra veluti *cuneatô ſuffocatur*, *ἐμέσαι βουληθεὶς μετὰ δεῖπνον, καὶ σφηνωθείς.* Et quanquam ab illo Noſtri nonnihil abludant Annales de *Condæi eſculentorum vomitû*, illud nihiloſecius ſymptoma cum priori combinavi, quo *laneis carptoribus meis* commodiorem *me carpendi* præberem anſam.

† Attende tempora, ne *ὕστερον πρότερον* hîc ſubeſſe putes, dum *Poëtam Cæſari* præpono; Sic pag. 37. in notulis ad verſ. 10. Eliſæi *famulum* ipſi *Regi* antefero.

Veſpaſianum, alvô [1] profuſiori Plutonis ad Imperia deportatos.

14. En Cæſares & alios Leonem tertium, atque Theophilum, torminibus [2] fatiferis excarnificatos.

15. En Julianum, *Apoſtatæ Patruum* [3], & Anaſtaſium, *Pontificem ſecundum*, immiſericors MISERERE MEI *Parcis* [4] tradit.

16. En

1 Illô ſcilicet alvi fluxû, *ceu rapidiori fluentô*, alienigenum illud ad Imperium veriùs *abreptos*, quàm *convectos*.

2 Dyſenteriæ ſcilicet cruciamentis peremptos.

3 Ita verto, contra fidem Interpretis, qui textûs verba τὸν θεῖον τοῦ βασιλέως, *Imperatoris* vertit *Avunculum*; θεῖος enim, alius eſt ὁ πρὸς πατρός; alius verò, ὁ πρὸς μητρός. Sed iſthæc diſtinxiſſe, crabrones eſt in me excitaſſe.

4 At illas & *immiſericordes* eſſe, pérque ἀντίφρασιν *Parcas* dici, vel pueri norunt, ærê non-

16. En Trajanus, atque Magnus Theodoſius, muriaticâ * colluvie ſubmerſos.

17. En fidelis Hiſtoriarum Conditor Thuanus †, & Luxemburgenſis Heroïna, pancreatis ſcirrhoſi duro fato ſuccumbunt.

18. En Titus ‡ Pomponius † Atti-

nondum loti. Ipſæ igitur, *maledica* Principum iſthæc ora & *blaſpema*, & *anathematis plena*, olidiſſimô ſtercore *immiſericorditer*, & æternùm, obturarunt; *uterque ſiquidem* τέθνηκε κόπρον διὰ στόματος ἐμέσας.

* Verbis ſum uſus genericis, quò ſeroſam illuviem etiam exprimerem, ex abdominis alveô ſeſe in corporis alta diffundentem, Τερτιανὸς γὰρ ἦν δι᾽ ὅλου ὑδρωπιάσαν.

† In Thuanô pancreatis acini gypſeâ & tartareâ pituitâ concreverant, inque molem enormen protuberabant: Ova dixiſſent columbina, adunatione crebrâ *ſcabrum* illud atque *tophaceum* cedentia *pancreas*. Ducis vero Luxemburgici *cartilagineam* atque *corneam duritiem* pancreas nactum erat.

‡ Scriptor ejus vitæ, *fiſtulam* aſſerit *putrem*,

Atticus, atque Selimus, *Turcarum Cæſar*, renibus ulceroſi liqueſiunt ad feretrum.

19. En Epicurum, atque Mercatum, urinæ * luxuries inundat.

20. En ultimùm, veſicæ calculis fundâ nullâ, balliſtâ nullâ, manû nullâ projectis, de capite Vigilii primi, ac undecimi Gregorii, Pontificalis corona triplex, in gremium commune maternum † decutitur.

Quid,

trem, extremò tempore, per lumbos erupiſſe. At fiſtuloſum ulcus iſtud externum, purulentos in renes refundo, qui fodicante pure ſuo; (*uti & aliàs fides mihi detexit oculata*) cuniculos tandem & extrorſum egerunt.

* Iſchuriâ ſcilicet merſi ſunt, & ſummus ille Philoſophus, ætatis 72; & ſummus Medicus ille æt. 86.

† Blenni, planipedéſque de me blaterones, vel periodum illam, vel quatuor iſtas exem-

Quid, triplicem illam Microcoſmi Metropolin * ſi deſero, & ejus in planitiem me ſi diffundo? vaſtatricis Libitinæ monimenta paſſim offendam.

En è veſtigiô Titum † atque Tacitum ‡ Cæſares febre peruſtos acutâ ſimplici.

2. En gradû factô Paulus Æmilius, atque Pius Antoninus febre delirâ ‡ conflagrant.

3. En

exemplorum Decadas ſuum apud Polyantheam o lorentur, atque perveſtigent?

* Metaphora eſt Hippocratea, ὁ ἐγκέφαλος μητρόπολις τοῦ ὑγροῦ, καὶ τοῦ κολλώδεος; ſic *Pectus*, ſic *Abdomen*, Primariæ ſunt & Urbes *parvi Mundi.* Ex tribus igitur illis, *quarum eluxi clades*, expatiatus ruo per apertos orationis fluminê campos.

† ‡ Iſthæc nomina, utpore notiora & *Manaſſe* Heroinæ Judithæ Sponſo; & *Cheriſopho* Xenophonteo, *conſimili febre conſumtis*, prætuli.

* ‡ Haud equidem ſimul, *ſeculis enim pluſ-*

3. En Pericles, atque Camillus peſtilente * diſſolvuntur.

4. Cæſar verò Maximinus, Juliúſque † Pontifex ſecundus, febre diffluunt colliquante.

5. Sed Numa Pompilius, atque Childebertus aridiores etiam ‡ pumice, lentis penitùs macerantur ignibus.

6. Phi-

plusquàm ternis diſtant; ſed conſimili delirio febrili, triduanôque, rapiuntur ad Orcum.

* Sic & illorum exitus pluſquàm ſeculo diſterminantur.

† Pariter etiam *ſeculorum duodecim* intercapedo illos inter Magnates, nihil obeſt, quin Julium, *ſyntecticâ liquefactum*, cum Maximinô combinem. *cujus caro tota, ceræ inſtar liqueſcens, à cadaveribus in ſepulcrô diſſolutis nihil diſtabat.* οὗ σὰρξ ἡ πᾶσα, κηροῦ δίκην, ἐξετήκετο, καὶ οὐδὲν τῶν ἐν τάφοις διαλυθέντων διώλεσχεν.

‡ Ita fari licuit, uti nempe priores *colliquativa*, ita & hos *lenta febris* exuxit.

* Fal-

6. Philippus autem Auguſtus, atque Philippus Longus quartanâ * mortiferâ tabeſcunt.

7. Febre demum vel morbillis vermiculatâ, vel variolis ſtellionatâ, Sereniſſimum Auriacum Sidus, eheu! proh dolor! nimiùm ſæpè obnubilatum † eſt.

8. En aliunde Regem ‡ Aſam, Cæſarémque Septimium, arthritide, *ceu compedibus*,

* Falſum eſt igitur, *Febrem quartanam nunquam feciſſe ſonare campanam.*

† Parentum præſertim obitû, ſed non *extinctum*: Lucidiùs enim, quàm aliàs, *Regiô* refulget in *Principe*, qui *diviſum habet cum* Præpot. Ordinibus *Imperium.*

‡ 1 *Reg.* 15. verſ. 23. Podagricum ſenem iſtum Codices ſacri ſimpliciter memorant; ſed 2 *Chronic.* 16. verſ. 12. & 13. podagram illam & *extremè invaleſcentem*, & *lethalem* referunt.

* Vi-

dibus, *atque numellis revinctos*, Proſerpina ſibi mancipat.

9. Fridericúmne deinceps proferam, *Regis Caſimiri* * *filium*, atque Franciſci primi † pellicem, Venereâ lue, ceu horrendô Dei in ſcortatores flagellô, cæſos ad mortem?

10. An Reges eloquar Balduinum ‡ quartum, atque Robertum ‡ primum leprâ medullitus exeſos?

11. An

* Virum illum decet, *rubrô* redimitum galerô, *rubore* nullô ſuffundi, ſuæque caſtitatis tale ac tantum [*Romani Nepotiſmi neſciis παραδόξως dicam*] NEPOTIBUS A SE SATIS exemplum relinquere, quo deinceps, *Venerea Virtus* reliquis *Cardinalibus* annumeretur.

† *Chionem* illam, atque *Callipyga*, tum *Virtute* præditam *Cardinalitiâ*; tum *Veneris* Zelotypæ *calcitratû* læſam, noſtri celebrant Annales, quà nomen ejus, *La belle Ferronniére*, ſeros tranſeat ad Nepotes.

‡ E Solymenſibus, atque Scoticis Annalibus

11. An Chironem * atque Zoilum † exuccos ulcerum tabô, ſepulcri nihiloſecius eſcas?

12. An ſapientem Carolum,

libus iſthæc 12i. ac 14i. exempla *ſeculi*, ſacris ipſis vel *Guehazi*, vel *Azariæ* prætuli. Primùm enim vetus *Elephantiaſis* illa mihi penitus latet; deinde verò, *mendacii*, Δωροδοκίας, ac *uſurpati Sacerdotii* causâ *Leproſi* quidem ſunt *ad mortem uſque Guehazi* & *Azarias*, 2 Reg. 5. verſ. 27. & ibid 15. verſ. 5. Sed illâ *malâ ſcabie* ſuâ vel *exeſos*, vel *mortuos* illos, nequaquam apud me conſtat.

* In Plinianum illum *Herbariæ* ac *Medicamentariæ repertorem*, Tragœdi ſarcaſmum Plutarchus meritò jactaſſet, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Sed tanta Lernæi veneni ferocitas eſt, quô perlita Herculis ſagitta Chironem ſauciat, vulnus ipſi ut infligat immedicabile.

† Caveto mî Zoile, qui præter unum *Polyantheam*, quem exſcribo, mihi nihil adſcribis, Zoilum illum eſſe credas Ὁμηρο-μάστιγα, cujus mortem Vitruvius longè aliam atque aliam narrat. Hic quippe *Bœotorum eſt Presbyter*, quem Amica Plutarchi Moralia lugent.

lum , & octavum Henricum fiſtulæ * præcluſæ exundanti colluvione demerſos ?

13. An Timonem μισάνθρωπον, atque Luciani ψευδομάντην gangrænâ † corroſos ?

14. An Miltiaden , *Cimonis filium*, atque tertium Cæſarem Fridericum ſphacelô ‡ corruptos ?

15. An Juliam Auguſtam,& An-

* Naturæ ſiquidem ſeſe depurantis emiſſarium erat : Illô igitur intercluſô cœnoſam illuviem & congeri,& exundare conſequens eſt.

† *Pedis* ſcilicet atque *cruris*, *ad inguen uſque*, διασαπέντες γὰρ τὸν πόδα, μέχρι τοῦ βουβῶνος, ἀπέθανον.

‡ Σφακελίσαντος γὰρ τοῦ μηροῦ ἐτελεύτησεν, citra propinatam ipſis ab ullô Sacerdote maledictionis in adulteras aquam, ἢ ὁ μηρὸς διαπέπτωκε, *quâ femur deciduum erat. Num.* 5. verſ. 27.

* An-

Annam Auſtriacam, Cæſarum, Regúmque Matres, cancrô * deroſas?

16. An Viros demum Conſulares Julium Rufum, atque Lecanium Baſſum carbunculis ‡, *ceu prunis*, retorridos?

PARS

* Antoninorum mater cancrum illum, diu priùs occultum, in mammâ geſſit: ſed *Getam* filium, atque *Caracallam* privignum trucidatos dum luget, ac etiam à *Macrinô* de vitâ dum ſibi metuit, cancrum ſuum illum & jejuniô, & pectore tuſô lethaliter irritat. Apertum autem mammarum alterum Annæ Auſtriacæ *cancrum* Gallica Chironia manus levat nulla: ſerpit igitur immedicabile malum, ac Regium illud, perinde ac Cæſareum, Diadema vitiatum addit Orco.

‡ Eruditiſſimo Caſaubono aſſentior; Is enim ex Symptomatis à Pliniô narratis, *cancrum*, non verò *carbunculos* eſſe cenſet. Plinii itaque *Textum*, non autem *Gloſſam*, meô ſecutus ſum in Textû.

PARS SECUNDA.

Verùm, calcatam illam lethi viam relinquamus, & è diverticulô aliquot inſolentia penſiculatiùs attendamus.

1. Loti uxor in ſtatuam * ſalis, veriùs quàm vel Niobe, vel Arſinoë, in rupem induruit.

2. Herum & Onanem, ignotô mihi ſtimulô † mortis Deus ipſe pupugit: ſed in Salmonea, & in Æſculapium, ful-

* Locum illum *Geneſ.* 19. verſ. 26. eleganter vertunt Στήλλω ἁλός; *Stelam ſalinam* diceret Plinius. *Pilam* alii vocarent *ſalis*; Alii verò vel *Cippum*, vel *Columnam* interpretarentur. Στῆλαι enim ἀπὸ τῆς ςάσεως, uti *Gen.* 28. verſ. 18. & 22.

† *Stimulum morti* 1 *Cor.* 15. verſ. 55. & 56. ab Apoſtolô tribui apprimè norunt Chriſti in Scholâ vel à puerô, *Timothei more*, nutriti, 2 *Tim.* 111. verſ. 15.

1 Allu-

fulmen [1] iracundum jaculatus eſt.

3. Nabal, iræ Davidicæ nuntiô, certiùs concreſcit Marpeſiæ[2] cautis ad inſtar, quàm vel Atlas *, vel [3] Polydectes, capite Gorgoneô.

4. Arcam Dei nutantem arripit Huzza; ſed ocyori [4] morte peccatum luit, quàm Alcimus

1 Alluditur ad illud Venuſini Literis Uncialibus Cedrô dignum.

Cœlum ipſum petimus ſtultitiâ; neque
Per noſtrum patimur ſcelus,
Iracunda Iovem ponere fulmina.

2 Ita enim obſtupuit horrore periculi perculſus, *ut mortuum fuerit cor ejus in mediô ejus, & ipſe fuerit veluti lapis.* Ε'νατέθανη γὰρ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς γίνεται ὡς λίθος. 1 *Sam.* 25. verſ. 37.

* 3 Uxori Loti, *art.* 1. fœminea quadrant exempla; hîc maſcula ſunto.

4 Ad *Arcam* enim *Dei*, quam prehenderat imprudens, *confeſtim expirat*, 2 *Sam.* VI. verſ. 7. *Alcimus* verò, veterem adyti parietem diruturus, repentè quidem ſideratur,

 ſed

mus Pontifex, dum adyta profanat.

5. Prophetes ad Jeroboamum miſſus, & Iſraëlitarum ὁ δεῖνα, peccant in mandata Dei, ſed in illos incurſat Leo, & animam * ipſis effringit.

6. Jeſabelem †, meretriciè fucatam atque cincinnatam, de feneſtrâ Jehu deturbat, & canibus ceſſit in eſcam.

7. Jo-

ſed nonniſi *diebus exactis* inter cruciamenta *perit*, βασανισθεὶς γὰρ ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανε.

* Sacros enim juxta Codices 1 *Reg.* 13. verſ. 24. & 20. verſ. 36. *Incurrit in illos Leo, mortéque ipſos afficit*, ſed *vorat* nuſquam. Leonem itaque concipio ipſis incubuiſſe gravem, & ſpiritum illis *intercepiſſe*, vel *intercluſiſſe*; ſeu ut aptiùs dicam, iſtô compreſſû ſuô *animam* ipſis *eliſiſſe*, & *expreſſiſſe*, quod ipſum *effringere* eſt.

† Tragicum illum impiæ Reginæ Gentilis exitum *ineuntem* in *quartum* à jactis Mundi fundamentis *Millenarium* refundunt;

7. Joramo, biennium torminoſo, viſcera tandem vî * torminum eliduntur; ſic Catullus †, & Aríus, eâdem ultrice irâ Dei, ſua in foricas interanea profundunt.

8. Pherecyden atque Syllam ‡ pediculi, *Ægyptiacis edaciores*, redigunt in nihilum.

9. Sic

dunt; præcedens autem exemplum nº. 5. *exeuntis* eſt *Millenarii tertii*.

* Ἐξῆλθε γὰρ ἡ κοιλία αὐτοῦ μετὰ τῆς νόσου, καὶ ἀπέθανεν ἐν μαλακίᾳ πονηρᾷ. 2 *Chron.* 21. verſ. 19.

† Sic Libyæ Præfectus, Gentiſque Judaicæ carnifex ille Catullus crebris terretur à ſe peremptorum umbris, & frequens exilit ſtrato, ſeu tormentis, & flammis ſibi adhibitis, illóque ingraveſcente malô, & INTESTINIS ipſi eroſione DECIDUIS mortuus eſt, τῶν ἐντέρων αὐτοῦ κατὰ διάβρωσιν ἐκπεσόντων, οὕτως ἀπέθανεν. Ita certè & Ario Hæreſiarchæ ἅμα τοῖς διαχωρήμασιν ἡ ἕδρα ἐκπίπτει, καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων &c.

‡ Τὸν γὰρ βίον ἀλγεινότατον ἀνθρώπων κατέ-

 στρεψαν,

9. Sic Epiphanes Antiochus, atque Herodes Infanticida ſuorum vermiculis ulcerum, *Chironiis atque Telephiis mordaciorum*, in nihilum etiam extenuantur; ſed lentiùs, quàm Herodes alter, *Jacobi, atque cuſtodum Petri homicida*, Angelô percuſſus, atque σκωληκόβρωτος *.

10. Mendaces Sacrilegi Ananias, atque Sapphira, anathe-

στρέψαν, τοῦ παντὸς αὐτῶν σώματος ὑπὸ τῶν φθειρῶν ἀναλωθέντος; *Miſerrimam enim hominum mortem obierunt,; univerſo illorum corpore pediculis exeſo.*

* Si naſutus es hiſtorias *octo* verſibus denis illis odoraberis, quibus *Polyantheam* carêre putem, ni Tuæ, (*O Iſmaël, mî calcitro ſylveſtris!*) ſubdolæ ſit Editionis apud Incolas Lunæ, Annô ante jacta Mundi fundamenta 1440, qui aliàs, Æræ Chriſtianæ primùm Typographicus eſt.

1 Ab-

themate [1] Petri *, *ceu fulmine*, concidunt exanimes.

11. Simon [2], *Dardaniis Artibus*, ex Capitoliô in Aventinum volat; ſed Petri votô præceps ruit, & animam [3] efflat: ſic Theodotus erroris ſpiritui ſeſe committit, & ab eô, *ceu diſcus* [4], in altum jactatur, ſed relabitur & medius crepat.

12. Herodias ſaltatrix flu-

1 Abſint ab ejus ſucceſſore fictô fulmina tanta: Illa ſiquidem non in *Sacrilegio mendaces*, ſed in *Sacris veridicos* frequens contorqueret.

2 *Dardanum* ſi neſcis, *Magi* cognomen hîc deſideras, juxta veritatem *Act.* VIII. verſ. 9.

3 Non quidem ex-tempore, ſed illô caſû *crus infregit*, *cujus dolore non ita multò poſt Aritiæ mortuus eſt.*

4 Δισκωθεὶς textus habet, eleganti profectò Metaphorâ.

fluvium gelû rigentem pedes trajicit; ſed infidâ glacie fallente greſſus, mentô tenus demergitur; ac dum artus variè concutit, & quaſi tripudiat, ecce, fluentô truncus abripitur, reſiduô capite, *flagitatore* * *ſceleſtô*, horridis ſtriis hinc inde confixô.

13. Moſaïcam † περιτομὴν ſubſannat Apion ‡, ſed ſannæ pœnas ſannio luit, pudendis quippe ſubortis ulceribus circumcidi cogitur, atque ſic efferatô rodente tabô, magnis cru-

* Sacra, vel hilum ſi Tibi ſapiunt, rectà ſapis & iſtud *Matth.* eſſe XIV. verſ. 8.

† Non quòd *ex Moſe ſit, ſed ex Patribus*, inquit Chriſtus *Ioh.* VII. verſ. 22.

‡ Ægyptius ille *Scriptor* eſt *de ſingulis Gentibus*, cujus fama percrebuerat in tantum, ut *Tiberius* ipſum, jocô multô, *Cymbalum mundi* vocitaverit.

I Eô-

cruciatibus animam [1] amittit.

14. Neſtorio, Beatiſſimam in Θεοτόκον [2] ínque devotâ mente [3] colendiſſimum Θεότοκον pertinaciter blaſphemo, ac ſuam in Synodum impiè [4] refractario, nuſquam ſatis eſt Epiſcopatû [5] dejici, exilióque mul-

1 Eòdem ſenſû atque *Matth.* x. verſ. 39, & xvi. verſ. 26.

2 Ipſam enim uti Θεοτόκον eſſe negabat; ita Χριστοτόκον plenis illam buccis prædicabat.

3 *Verè ſiquidem Magnum eſt myſterium pietatis illud, in quod Angeli cupiunt introſpicere.* 1 *Tim.* iii. verſ. 16., & 1 *Petr.* 1. verſ. 12.

4 Ejus etenim pietas exigebat, ut iterum atque iterum ſuâ evocatus à Synodô, illi tandem ſeſe ſiſteret: ſed monitus licèt & increpitus privatim, pertinax tamen ſuâ hæſit in hæreſi.

5 Illum quippe reluctantem atque calcitroſum Synodus ab Epiſcopatû Byzantinô depulit.

multiplici Theodoſiano * multari: ſed ipſum oportet furenter impium organum, tantæ ſuæ blaſphemiæ, *vel hâc in vitâ*, pœnas aliquot, *æternarum prænuntias*, luere.

Ejus igitur *execrandâ linguâ vermibus eroſâ, gravioribus atque ſempiternis ſuppliciis addictus eſt.*

15. Con-

* Theodoſius namque exiliô ab unô, exilium in aliud atque aliud, impium illum projecit Antiſtitem.

† Ne quis mihi affingat præceps de ejus ſalute judicium, en *Evagrii* ipſiſſima verba, τὴν γλῶσσαν σκώληξι διαβρωθεὶς ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ ἀθάνατα καθ' αὑτοῦ δικαιωτήρια μετεχώρησε. Poſtquam enim *vermes linguam ejus arroſerunt, ad majora & immortalia judicia migravit.*

Ad illud igitur peremptorium Evagrii de Neſtorio judicium Senator Pedarius accedo, quòd æternæ concordiſſimum ſit veritati, quam hauſi ex *Act.* 2. verſ. 21. & IV. verſ. 12. Ac rurſus *Rom.* X. verſ. 13.

* *Mali*

15. Conſtantinus, luſtralis ille ſui fontis conſpurcator, hircoſô fœtidior ſubulcô, & omnium deinceps ſacrorum * everſor, [*Apoſtatâ Julianô nequior*] Bulgarorum millia duodecim perfidus excipit & obtruncat: ſed facinorum & ſceleris ſpeculator & vindex fœdiſſimum illud & immaniſſimum naturæ monſtrum, vel ſpirans adhuc, flammis tradit infernis; carbunculos enim in † illum immittit, quibus rabidus & jugis inextin-

* *Mali corvi, malum ovum.* Leonis enim tertii εἰκονομάχου catulus eſt, patre deterior.

† Ne quis plagoſus Orbilius, mihi verberoni nuſquam, verbera paret, conſimilem Græciſmum legat apud Gamalielis Diſcipulum erudititiſſimum, τεκνία οὓς πάλιν ὠδίνω. *Galat.* IV. verſ. 19.

tinctum ‡ in ignem ſeſe conjectum eſſe vociferatur. Atque ita, vel ab altiori † ſoliô, ubi ſupplicii jam conſcius eſt æterni, ultrice Megærâ flammige-

‡ Θνήσκει ψυχῇ τε σώματι, βοῶν τε λέγων, ὅτι ζῶν πυρὶ ἀσβέστῳ παρεδόθη &c. *Animâ & corporis mortem obiit, vociferans atque dicens vivum ſe inextinguibili igni traditum eſſe.*

Cedreni verba ſunt, Interprete Xylandrô. Quibus addo ex Zonarâ, nullum *levamen*, nullúmve *febris mitigatorium*, excogitari à Medicis potuiſſe. Atque adeò, tali ac tantô, ac pluſquam *ſurdô verbere conſcientiâ caſus*, veram illam Γέενναν ſenſit de quâ *Matth.* v. verſ. 29. & 30. Verum & illud expertus eſt καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, de quib. *Marc.* IX. verſ. 43 & 44. Tam horrendis quippe cruciatibus affectus eſt, ac ſi *fornacem in ignis conjectus eſſet, ubi fletus ſtridórque dentium*, de quâ *Matth.* XIII. verſ. 42.

† *Solium* quaſi *Solidum* & ab injuriis tutum. At hîc, *altius* quidem Regali, (*Cæſareum enim eſt*) nihiloſecius *infidum*, & *cruciabile.*

* Quia

migera, æſtuantem ac ignivomum in Phlegethonta rapitur; hoc eſt, *quò rem* * *ſanctè dicam*, ſupremus idem & Cæſarum & Opilionum Arbiter impiam animam illam *ſtagnum in igneum, ſulphureúmque, ubi interdiu, noctûque torquentur æternùm*, præcipitat.

16. Cæſar quartus Leo gemmarum ſacrâ fame coactus Mauritii † coronam è Sophiæ Templò ſurripit; ſed confeſtim ſacrilegum caput carbunculis & flammat & extinguitur.

17. Pom-

* Quia nunc Poëticis Metaphoris valêre juſſis, Apocalypſeos verbis utor, *Cap.* XX. verſ. 10.

† Coronam illam, καὶ λίθοις ὑπερτίμοις καὶ μαργάρεσι ὑπερφυέσι κεκοσμημένην, & gemmis

17. Pompilius * Patruos, ceu Regni ſui vel perfidos, vel rudes Adminiſtros, enecat pharmacô: & Epiſcopus ‡ Hatto ſuas oves nec tondet, nec deglubit; verùm, *annonâ gravi*, plurimas illas (*ceu mures numeroſos fruges conſumere natos*,) horreô concludit & inflammat: ſed ſequitur ultor à tergô Deus; immanior quippe ranis & locuſtis Moſaïcis,

mis pretioſiſſimis, & *margaritis exquiſitiſſimis ornatam*, ſcribunt.

* Rex Poloniæ *Seculô* ineunte *nonô*, cujus uxor, filiique duo, *veneni parricidalis conſcii*, unà cum ipſô, muribus vorantur.

‡ Moguntinus Antiſtes ille, *Seculô* ineunte *decimô*, Tiberianum, *ad Æmilium Rectum Ægypti Prætorem*, Reſcriptum vel ignoravit, vel peſſundedit, *Boni* ſcilicet *Paſtoris eſſe tondêre pecus, non deglubere*; Infernô ſiquidem furore percitus flammis illas tradit, *nedum tondet*.

* Quia:

ſaïcis, *quæ Pharaoni pepercerunt*, murium turba, nec *Sceptrum*, ſatellite denſô circunvallatum; nec *Mitram*, lituô Pontificali ſtipatam, aut venerantur, aut reformidant; nam objectas & undas & flammas agminatim perrumpunt, & naves atque turres, aſylô caſſas, aſſultim impetunt, & facinoroſa corda depaſcuntur.

O pectora cæca! Mare licèt in extremum, *alis* * *auroræ*, volaretis, ultrix tamen dextera Dei Vos inibi deprehenderet.

18. Thomas Arundellus, totius Angliæ Primas †, puriſſimum Dei

* Metaphora eſt Sacra *Pſalm.* 139. verſ. 9.

† Id eſt, Archiepiſcopus Cantuarienſis.

Dei ſermonem vinctum [1] non modò tenet, ſed & Reformatis minas intonat fulmineas, iſthæcque nominatim fulmina ſua in Ordinis [2] Equeſtris Athletam Chriſti vehementer animoſum jaculatur: illum enim & ab Eccleſiâ abdicat, & diris devovet. Undè tandem [3] & Antiſtitis illius, & ejus ſequacium malis artibus, piiſſimus ille, ſceleríſque neſcius Eques, impiorum, ſceleratorúmque numero habitus eſt, ac publicis [4] etiam traditus flam-

1 Alieniſſimus certè ab illô S.S. zelô divi Pauli 2 *Tim.* 2. verſ. 9.

2 In Johannem ſcilicet *Oldcaſtle*, Dominum *De Cobhan.*

3 Annô ſcil. 1418. ævô Henrici quinti. At illum eumdem, jam olim inſequebantur, ab annô nimirum 1413.

4 Londini ſcilicet, in Campô *Saint* Gil-les,

flammis. Sed antequam ardens Chriſtô iſthæc anima, igneô, ut ita dicam, currû[1] beatas in ſedes raperetur, *ira Dei*[2] *quæ revelatur de cœlô adverſus omnem impietatem, & injuſtitiam hominum, veritatem iniquè detinentium*, fulgurantem Protomyſtam illum[3] occupavit, ejúſque linguam (anathematis fœtam)[4] uſque adeò confertis humoribus opplevit, ut cibariam ſyringam, ſpi-

les, facinoroſorum ſuppliciis tunc infami.

1 Alluditur ad Eliæ currum. 2 *Reg*. 2. verſ. 11. quô raptus eſt in cœlos.

2 *Rom*. 1. verſ. 18.

3 Annô ſcil. 1414. At D. Oldcaſtle Annô duntaxat 1418. combuſtus eſt.

4 *Fœta* dicitur & *gravida*, & *partû liberata*. Apprimè igitur Metaphora quadrat linguæ & anathematis plenæ, & anathemata fulminanti.

† L'hi-

ſpiritalémque fiſtulam præcluſerit, atque ſic Judicem iniquum & fames † furentem exagitarit, & deſperatio rabidum abduxerit.

O quàm juſtus eſt Jehova, & quàm rectus ſuis in judiciis *.

19. Johannis de Româ, Fidelium exactoris atque tortoris, argentarias opes expilant domeſtici; ſed, quod acerbius, impium illum, jam exen-

† L'hiſtoire des Martyrs, *qu'il perſécutoit*, remarque éxactement, *que ſa langue s'enfla ſi fort, qu'il ne put ni parler, ni rien prendre; deſorte qu'il mourut comme afamé, & en un grand déſeſpoir.*

Je ne ſuis donc que la Traducteur de cette hiſtoire, non plus que des autres, que je raporte. C'eſt aux Eſprits éclairez à juger de ma fidélité.

* *Pſalm.* 119. verſ. 137.

‡ *Il*

exenteratum † nummô, exenterant ulcera ipſô fœtore olidiora.

20. Nonus denique Carolus, *vultû Rex, ſed animô Lupus Ovium Chriſti vorax*, binas hebdomadas horridus convellitur; ac vindicê Numinis irâ, (*veriùs quàm Talus Cretæ Cuſtos Medeæ vindictâ*) ſanguineis *ſcatebris* * atque

† *Il fut réduit à l'Hôpital, où il mourut bourrellé & en ſon corps, & en ſon ame; Et ſes ulcéres étoient ſi puans, que perſonne ne pouvoit aprocher de lui.* Vid. Hiſt. Martyr. Annô 1545.

* Nos Hiſtoires de la date la plus fraiche, & dédiées à S. M. en parlent en ces termes. *La Nature fit d'étranges éforts pendant les deux derniéres ſemaines de la maladie de ce Roy. Il treſſalloit, & ſe roidiſſoit avec une extréme violence: il s'agitoit & ſe remuoit ſans ceſſe. Le ſang lui rejailliſſoit par les Pores, & par* tous *les* conduits *de ſon corps*, &c.

C'eſt

atque *laticibus* undique proruptis, *dirus ille Chriſtiani cruoris effuſor*, ſuô tandem fugiente venis, *exanguem* relinquit *exanguibus* ‡ *eſcam.*

C'eſt donc pour exprimer & ces *conduits*, & ces *pores*, que j'ay traduit, *ſcatebris*, atque *laticibus*. Que ſi d'ailleurs on blâme ma liberté, *in promptû regerere eſt*, Quidni ego, id *Latinè* enuntiem, & quidem *oris in exteris*, ac meis in Chriſtô *Fratribus*, quod *Gallicè*, & Galliarum in *Metropoli*, ipſi formidando *Regi* nuncupatum eſt? Quum præſertim *lacte* * *ſincerô ac rationali creverim*, & Patribus deinceps Acad. Lugduno-Bat. ſim aſcriptus; mihique prætereà maneat altâ mente repoſtum meos & Pro-Avos illâ fuiſſe Carolinâ cædê laniatos Annô 1572.

* 1 *Petr.* 2. verſ. 2.

‡ *Vermes* enim, qui Regium illud vorarunt *exangue* cadaver, *Animantes* Lucretio ſunt & exoſſes, & *exangues*.

PARS

PARS TERTIA.

Sed quid iſthæc ſingularia ſector? Evagari quippe conſultius eſt ad extrema fata plurimos ſimul implicantia.

2. Sic Nadab & Abihu eâdem cœlitùs flammâ vorantur; eôdémque præliô Hoſni ‡ atque Phineës occumbunt.

3. Sic terni Saülis filii pugnâ cadunt * eâdem; Et Ptolomæus Simonem atque filios ejus

‡ *Nota ſedulus*, his combinatis in exemplis, me *parilem* nequaquam *eventum*; ſed *parilem* ſedulò *numerum* attendere. Sic profectò uti verum eſt *geminos* Aaronis *filios* eôdem igne de cœlis fuiſſe conſumtos; *Levit.* x. verſ. 2. ita & veriſſimum eſt, *binos* Hoſni *natos*, eâdem victrice Philiſtinâ manû ſuam oppetîſſe mortem. * 1 *Sam.* IV. verſ. 11.

* 1 *Sam.* 31. verſ. 2.

ejus geminos conviviô eôdem ut excipit; ſic iiſdem * & ſicariis confodit.

4. Poſt cladem Cannenſem, Deorum placandorum ergò, homines † quatuor vivos Romani defodiunt; Galli verô, nubilam Caroli Sexti ſerenaturi frontem, pice atque carbaſô, *quò mentiantur Satyros*, obducti tripudiant. Jocô Dux Aurelianus tædam admovet; ſed illâ *ferali* quaterni ‡ conflagrant.

5. Jo-

* 1 *Macc.* 16. verſ. 16.

† Gallus enim & Galla, Græcus & Græca in forô Boariô, ſub terrâ, vivi demiſſi ſunt in locum ſaxô conſeptum.

‡ Media inter iſthæc ineuntis Anni 1393 Bacchanalia, Mimicam Rex ipſe ſuſtinet perſonam, illúmque rapida & eripuiſſet flamma, ni tunicæ injectû, *Dux Bituricenſis*, ignem illum, *Regis ſoſpita*, repreſſiſſet.

1 *Joſ.*

5. Joſua Cananæos Reges [1] *quinque* jugulat, patibulíſque ſuffigit; & Laodice Regina filios *quinque* [2] venenô tollit parricidali.

6. Joramus fratres ſuos *ſex* [3] gladio ſubjicit; ſic Aulâ ruente Comitiorum Friderici Barbaroſſæ, Comites *ſex* [4], (*verbo ſit honos*) latrinis ſubmerguntur.

7. Saülis filios, nepotéſque ſeptem [5], in cruces attollunt Gaba-

1 *Ioſ.* x. verſ. 26.

2 Timens ne non diütinam Regni adminiſtrationem, *adultis quibuſdam*, potiretur. Sceleri autem matris illius execrandæ ſextum & filium cognatorum cuſtodia ſubduxit, qui poſt necem Laudices, ſolus Cappadociæ Regnô potitus eſt.

3 2 *Chron.* 21. verſ. 4.

4 Erfordiæ, in Thuringiâ, Annô 1184. Imperator autem ipſe clathris feneſtrarum apprehenſis ſuæ conſuluit ſaluti.

5 2 *Sam.* 21. verſ. 9.

Gabaonitæ: at Alcyonei filiæ [1] *totidem* Thetidos in gremium ſpontè ruunt.

10. Decem [2] egreſſos femore Jobi turbine rapit Satanas: ſed ipſe Deus *decem* [3] è Moſaïcis exploratoribus dirâ clade percutit.

11. Neleo [4] filios *undecim* Hercules tundit; & Aſſueri juſſû

1 Septem *filias* illas, præ mœrore ſibi Patris erepti, ex Pallenes Promontoriô *ſponte ſuâ præcipites*, ſeptem *filiis* illis, *invitas in cruces ſublatis*, conſultus oppono.

2. *Filios* nempe *ſeptem*, *filiáſque ternas*. *Job*. 1. verſ. 2. 18. & 19.

3 *Duodecim* computantur *Num*. XIII. verſ. 5. &c. ſed *Ioſuæ*, atque *Calebo* Deus pepercit. *Num*. 14. verſ. 38.

4 Ipſi *Neſtore* ſolô è duodecim ſuperſtite, ſic enim *Patroclo* ſuorum fratrum ab *Hercule* mactatorum hiſtoriam *Neſtor* enarrat, Δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν, Τῶν οἶος λιπόμην, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ὄλοντο; *Duodecim enim Nelei egregii filii eramus, Quorum unicus relictus ſum, alii autem omnes*

juſſû Hamanes *totidem* * affigunt patibulo.

12. Ameſtris longævitatem ſpirat, & ſpiranteis viros *duodecim* † certiùs Plutoni tradit, quàm hoſtiles animas *duodecim* Cyclops ‡ Halimedes vel

omnes perierunt, τῇ βίῃ δηλονότι τῇ Ἡρακληείῃ, *vi ſcilicet Herculeâ.*

* Ipſum namque *Hamanem*, capitalem illum *Mardochai*, *Iudæorúmque* hoſtem patibulo ſpirantem affixum, *Eſth.* VII. verſ. 10; Filiorum ejus ſubinde cadavera *decem*, inter *quingentorum* lanienam *Suſis* peremptorum, computo, ex *Eſther.* IX. verſ. 10. 12. & 14.

† Nullus diffiteor ſuper illô numerô ſibi controverſos eſſe Scriptores: Vetuſtiſſimus quippe habet δὶς ἑπτὰ ὑπὸ γῆν κατώρυξεν Ἄμηστρις, *bis ſeptem*, Perſas ſcilicet illuſtres, *ſub terram defodit Ameſtris*: Sed recentiori Hiſtorico Ἄμηστρις ἡ ἐκείνη ἡ Ξέρξου γυνὴ δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας ὑπὲρ αὑτῆς τῷ Ἅδῃ, *Ameſtris illa Xerxis uxor Plutoni duodecim pro ſe vivos homines terrâ obruit.*

‡ Λοίγιον ἀνθρεῶνα διαπτύξας Ἁλιμήδης, Δώδεκα φῶτας ἔπεφνε μιῆς μυκήματι φωνῆς.

vel unô difflat mugitû terrificô.

13. Rogô eôdem *Rex Robertus*, Manichæis *tredecim* † Gallias repurgat.

14. Athenienſes *quatuordecim* * vorat Minotaurus: ſic *totidem* ‡ Viri pugnaces, *unà cum Cleomene*, medias inter

Lethale guttur aperiens Halimedes,
Duodecim Homines occidit unius mugitu vocis.

† Conciliô prius, Annô 1017, *errorum ipſos arguendi causâ*, Aureliæ habitô: ſed illi, *præprimis Sanctæ Crucis Canonici decem*, flammis ſibi deſtinatis, ſuâ ab hæreſi nuſquam abſterrentur, quin-imò furibundi in illas incurrunt.

* Ἠϊθέους δηλονότι ἑπτὰ, καὶ παρθένους τοσαύτας, *Septenos ſcilicet adoleſcentes, totidémque Virgines.*

‡ Μετὰ τῶν φίλων δεκατριῶν cum amicis *tredecim*, fert textus, ipſum ergo Cleomenem *quartum decimum* computo, utpote qui reliquorum *tredecim* more εὐκόλως καὶ ἀδεῶς ἑαυτὸν ἔσφαξεν, *& expeditè & audacter ſibi ipſe violentas intulerit manus.*

† An-

ter Alexandrinorum turbas, *libertatis ergò à ſe excitas*, ſibi fortiter animam exturbant.

15. Tormentis æneis, *ceu belli fulminibus*, inventis, Lutetiæ fit experimentum; ſaxeus intruditur globus; ſed eliſâ ſcintillâ, globulóque retortô *quindecim* † diſcerpuntur.

18. Xerxes pueros *novem* *, *totidémque* virgines vivas infodit; ſic & *octodecim* turris ‡ Siloïca ſuis conterit ruinis.

20. Jo-

† Annô 1478, ævô Ludovici XI.

* Ἐννέα παῖδας, καὶ παρθένους ζώοντας κατώρυξε, *Novem impuberes, totidémque* Virgines ſpirantes defodit, Περσικὸν γὰρ τὸ ζώοντας κατορύσσειν, *Perſicum enim eſt viventes obruere terrâ.*

‡ Illius vel turris, vel caſtelli caſus è *Luc.* XIII. verſ. 4. Xerxis crudelitate longè poſterior eſt; atque adeò, è ſacris licèt ſit Codicibus, profano alteri poſtponitur exemplo.

 * 1 *Sam.*

20. Jonathan, *unà cum Armigerô ſuô*, Philiſtinos * *viginti* debellat; & Aulici *totidem* ‡ Aquitaniæ Ducis hoſtilem in abyſſum, ramis arborum ac cæſpite vivô ſuperficie tenus complanatam, *ceu tot in decipulam aviculæ*, promiſcui devolvuntur.

24. Regni litigioſi cauſâ, Benjamitæ *duodecim*; *totidémque* Davidici Bellatores, *ſicas*

* 1 *Sam.* XIV. verſ. 14. Quem Momus ſi conſulit, ſubleſtæ fidei me traducturus eſt, quòd numerum ſim amplexus plenè rotundum. Sed videſis ergo, quid reſponſi tuâ geras in manicâ ad *Iudic.* IX. verſ. 5. & XX. verſ. 35. & 46.

‡ Sic profectò ἀκριβέστερος idem, moroſiorque vitilitigator meos & arguet Aulicos *plenè viginti*, Annô 1018, *Regis ævô Roberti*, Normannorum ſtratagemate, profundiorem in foſſam, *ceu in muſcipulam*, deciduos.

Sicas

ſicas * in pectoribus mutuè ſibi deſigunt.

28. *Vibius* atque Senatores *ſeptem* & *viginti* iiſdem feralibus poculis ſibi mutui propinant; ſic & alii *duodetriginta* Senatores † Fulvianâ ſecuri feriuntur.

30. Aſ-

* *Sicas* qui novit gladii brevioris genus eſſe; quique ad 2 *Sam.* 2. verſ. 16. aditurus eſt, is meherclè τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα μαχαίρᾳ, *meam Gloſſam quadrare* comperiet; rudibus enim, vel *gladiis*, non uſque adeò Bellatorum cuique fuiſſet obvium, *apprehenſô capite proximi ſui, latera perfodere proximi ſui.*

† Is *Vibius Virius* defectionis *Capuanorum* à Romanis auctor eſt; & ſatiùs ducit cum *ſeptem* & *viginti Senatoribus* epulari, ac *venenum ſumere*, indéque miſſô conviviô, dextris inter ſe datis, ultimóque complexû collacrymari ſuum, patriæque caſum, & expirare, quàm portas hoſtibus aperire.

Senatores illi Campani etiam erant, atque receptâ Capuâ Theanum in cuſtodiam miſſi; ſed *Fulvii*, quàm *Claudii* duriore ſententiâ, producti omnes, virgíſque cæſi, ac ſecurî percuſſi.

30. Aſcalonitas *ter denos* * Simſon expellit è vitâ; ſic & Athenienſes ſuos *triginta* Tyrannos, *ceu* † *victimas*, mactant.

39. Joſephi *undequadraginta* ‡ bellicoſi, expugnatâ Ἰωταπάτῃ mutuis officiis ſeſe transfodiunt.

41. *Cælium Pontium*, ejúſque conſanguineos *quadraginta*, eâdem acie cæſos lugeo

* *Iud.* xiv. verſ. 19.

† Cùm enim in exilium eſſent acti, bellum Athenienſibus inferunt: ſed ad colloquium, veluti dominationem recepturi, progreſſi, per inſidias comprehenſi, ut *pacis victimæ* trucidantur.

‡ Joſephus enim exitio Civitatis ſuperſtes, in cryptam ſeſe demittit, ἐν ᾗ τεσσαρά-κοντα ἐπισήμους ἄνδρας κατείληφε λανθάνοντας, quibuſcum cædes mutuas ſortitur. Remanſit autem ipſe cum alterô, cui ut viveret perſuaſit. Illorum igitur 39. percuſſi ſunt.

* Re-

geo quidem; at compotores Alexandri *totidem* * medios concrepantes execror.

42. Eliſæi deriſores *duos & quadraginta* † urſæ diſcindunt; & Rex Jehu *totidem* Acha-

* Rediens enim Alexander à *Calani* buſtô, & largiore Bacchô mortalitatis ideam abſterſurus, certamen inſtituit potorium, & talenti coronam bibaciſſimo ſpondet. *Promachus* vincit, ſed triduô medius rumpitur. Cæteri autem æmuli unus & 40 tam enormi *πολυποσίᾳ* ſuam, *calices inter provocatorios*, inexpletam animam eructarunt. Apage tam execranda certamina natorum non ut *vivant*, ſed ut *bibant*; & in quibus *vincere*, quàm *vinci* turpius eſt. Quid enim *gula victrix* gloriæ reportat? An *Cæſareum*, ſed *Cannabinum Bonoſi torquem*? Non eſt profectò quòd ita *Torquatos* invideas, ſed quòd defleas tam indignam *Metamorphoſin*, non *fabuloſam*, ſed *hiſtoricam*; non *vilis* alicujus *Animæ*, ſed Cæſaris recèns ſuper foliô; nunc verò, *Lagenæ* ad inſtar *de patibulô pendentis*.

† 2 *Reg*. 2. verſ. 24.

Achaziæ [1] Nepotes funeri tradit.

50. Eliæ votô cœleſtis flamma ſatellites torret *quinquaginta* [3]; Et Philippi quarti juſſû, *Pariſiis*, Templarii *totidem* [4] miſerabili [5] buſtô cineſiunt.

60. Athenienſes Tyranni [6] Civibus inſimul *ſexaginta* jugu-

1 2 *Reg.* 10. verſ 14.

2 *Funeri tradit*, vel *tumulô condit.* Talem phraſiologiam adhibeo, quoties mecum reputo *cæſos illos*, nec aëra ſecantium, nec ludentium in undis, prædam extitiſſe; id eſt, nec *inſepultos* jacuiſſe; nec *projectos* in altum.

3 2 *Reg.* 1. verſ. 10.

4 Alii ſcribunt 57, ſed numerum rotundum amplexus ſum.

5 Id epitheti *lentô ipſos ignê conſumtos eſſe* deſignat. Il en fut brûlé *cinquante ſept* tout vifs, & à *petit feu. Sous Philippe le Bel*, en 1307.

6 *Triginta* ſcilicet illi à *Lyſandro* ad *Oligarchiam Athenis* electi. Thraſybulum urbe

jugulum feriunt: & Scribæ *totidem* * Alcimi perfidiâ ſepulcrô conduntur.

69. & 70. Fratres ſuos *undeſeptuaginta* ambitioni ſuæ devovet Abimelec: † Jehu verò, capita filiorum Achabi ſeptuaginta ‡ decutit; * & Ju-

bê ejiciunt, & adeò protervè vim vitæ, & fortunis Civium faciunt, *ut unô die, ſexaginta Civeis honeſtiſſimos & opulentiſſimos ſimul jugulaverint.*

* Ita perfidioſus ac nefarius ille Sacerdos *Alcimus*, diem etiam intra unum, *Aſchidæos* ſexaginta ab Iſraëlis congregatione *diſperſit* æternùm.

† *Septuaginta fratres ſuos ſuper lapidem unum interfecit*, fert textus *Iud.* IX. verſ. 5. At *ſexaginta novem* duntaxat occiſi ſunt, nam cædi illi ſeſe ſubduxerat *Iothan* natû minimus. Talis autem *Synecdoche* ſacris ſcriptoribus familiaris eſt, uti *Gen.* 35. verſ. 26; Et *Num.* XIV. verſ. 33. Et ipſi Gentium Doctori 1 *Cor.* XV. verſ. 5.

‡ Suô ſcilicet ad Samaritas Reſcriptô. 2 *Reg.* X. verſ. 7.

Judæos, Chaldæóſque *totidem* gladiô conficit * Iſmaël.

80. Siſygambryos Fratres *octoginta* eodem die deſtruit † Artaxerxes; & Preſbyte-

* Si quis unquam *ficti vultûs* κἂν χαίρει μετὰ χαιρόντων, καὶ κέκλαυκε μετὰ κλαιόντων, ipſus eſt, uti liquet ejus & *epulis* cum Guedaliâ, quem perfidus mactat; & *ploratû*, lugentes inter illos 80, in quos proditor inſurgit. *Jerem.* 41. verſ. 1. & 2. Ac verſ. 6. & 7.

† *Ochus* ſcilicet ille Regum ſæviſſimus; utpote qui Regiam cognatorum cædê, & ſtragê Principum repleverit: ac ſororem Ocham, atque ſocrum eandem, vivam capite defoderit: ſed tandem, illâ ſuâ καὶ ὠμότητι καὶ μιαιφονίᾳ, ᾗ πάντας ὑπερέβαλεν, *& ſævitiâ & crudelitate, quâ omnes ſuperavit,* condignum habet exitum: Bagoas enim, *quò ſanguinariam ejus exprimeret indolem, ex ejus trucidati femoribus manubria gladiorum confecit,* ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ ἀναιρεθέντος λαβὼν μαχαιρῶν ἐποίησε, τὸ φονικὸν αὐτοῦ ἐνδεικνύμενος διὰ τούτων; *Carnes autem illius conciſas felibus in eſcam objecit,* κατακοπέντα δὲ τοῖς αἰλούροις παραβέβληκε. Vide hîc no. 100. pag. 73.

* Illi

byteros *totidem Valentis Vulcanus atque Thetis inſimul devorant.

85. & 100. Saül Immolatores † immolat 85. Ochus ‡ verò

* Illi quippe τὸ ἀριθμὸν ὄντες ὀγδοήκοντα de *Arrianis* queruli ad *Valentem*, ab *oppreſſis Eccleſiis*, legantur: ſed *Arrianus* Cæſar ipſe necem in illos machinatur; dúmque Viros tot & tantos, tantique faciendos, publicis ſub oculis mactare nullus audet, ipſos, *ceu pulſurus in exilium*, doloſo ac exitiali imponit navigio: Nautæ ſiquidem in altum evecti, quod in mandatis habent exequuntur, *ac navem incendunt*, *illóſque* & ab Eccleſiâ delectos, & Chriſto dilectos, igne & *aquâ* vel *inſepultos perimunt.*

O dignum facinus, quod *Te Cæſarem* ſtagnum in igneum atque ſulphureum præcipitet, *ubi Zelus ignis*, *Te devoret Adverſarium!* Apocal. XIX. verſ. 20; & Hebr. X. verſ. 27.

† *Sacerdotes* volo in quos, ex mandatô Regiô, irruens Dojeg Adomæus, morte affecit eodem die *octoginta quinque* geſtantes amiculum lineum. 1 *Sam.* 22. verſ. 18.

‡ Is idem immane monſtrum eſt de quô hîc *n*o. 80. Tantam porrò ſuorum perpetra-

verò Patruum ſuum, & Patrui filios, nepotéſque centum, jaculis configit.

200. Judæos * *ducentos* è ſcaphis in pelagus Jopenſes fundunt, & homines *totidem* Nicolai quinti † Jubilæum vel calcat, vel Tyberinis undis extinguit.

250.

vit cædem nullâ ab ipſis injuriâ laceſſitus, ſed quòd in his maximam apud Perſas probitatis & fortitudini, laudem conſiſtere viderit.

* Incautos ſcilicet, ſuique nimium ſecuros, ac amicâ ſpecie Jopenſes in ſcaphas allectos, ſed, perfidiâ pluſquàm Punicâ, *ſubmerſerunt eos in altum provectos, qui ducentis non erant pauciores.* II. *Macc.* XII. verſ. 4.

† Tunc quippe *tanta multitudo Romam* confluxit, *quanta nunquam antea*, unde evenit, ut præ viarum anguſtiis, *ad ducenta hominum corpora obtrita & ſuffocata in ponte Hadriani fuerint. Multi etiam à lateribus pontis in flumen cadentes, in undis periêre.* Annò 1450.

250. Core, ac Primores Iſraëlitæ *quinquaginta ducenti* [1], fulmineis Dei flammis deflagrant.

300. Tribunus Davidicus [2] fortem ſuam atque trabalem haſtam *trecentos* in hoſteis lethaliter contorquet: *totidémque* [3] Suſis, *ultioni ſuæ*, Judæi mactant.

306. Fabios [4] *ſex & trecentos*,

1 Principes illi Viri ex filiis Iſraëlis in Moſem & Aaronem inſurgunt, ſed *ignis egreſſus eſt à Iehovâ, & abſumſit* 250 *illos Viros qui offerebant ſuffitum. Num.* XVI. verſ. 2. & 35.

2 Iſque *Primarius*, nomine *Iaſcobham* cujus fortitudine *octingenti* cæſi ſunt, è quibus *haſtâ ſuâ trecentos confodit, vice unâ.* 2 *Sam.* 23. verſ. 8. 1 *Chronic.* XI. verſ. 11.

3 *Et congregantes ſe Iudæi qui* erant *Suſis etiam die* 14 *M. Adaris, interfecerunt Suſis trecentos Viros. Eſth.* IX. verſ. 15.

4 Cladê acceptâ tantâ *illorum familia interneciome periiſſet, niſi unus ob teneriorem ætatem*

tos, unius Gentis Patricios omneis, una nox involvit æternúm.

307. & 358. *Trecentos ſeptem* * milites Romanos, *ſuppliciô fœdô*, Tranquinienſes mittunt ad Orcum; ſed redhoſtiunt Romani, & delectos † *octo quinquaginta trecentos* Tarquinienſes percutiunt ſecurî.

360.

ætatem domi relictus eſſet, à quô inſtaurata, deinceps quoque floruit. Καὶ παντελῶς τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν ἄν, εἰ μὴ εἷς τις οἴκοι κατελείφθη διὰ νεότητα, ἀφ' οὗ πάλιν αὖθις εἰς ἐπίδοσιν ηὐξήθησαν.

* CCCVII. *milites Romanos captos*, pugnante Fabiô, *Tarquinienſes immolarunt, quâ fœditate ſupplicii aliquantò ignominia Pop. Rom. inſignitior fuit.*

† *In T. acerbè ſævitum, multis mortalibus in acie cæſis: Ex ingenti captivorum numerô* CCCLVIII *delecti, Nobiliſſimus quiſque qui Romam mitteretur. Vulgus aliud trucidatum. Nec pop. in eos, qui miſſi Romam*

erant,

360. *Sexaginta* verò *trecenti* copiis Davidicis, Abnero, *turpi* [1] *cladê*, funduntur.

450. Sic & *quinquaginta* [2] *quadringentos* Pſeudoprophetas [3] ferrô delet Elias.

500. Suſis autem *quingenti* [4] Hamanis cultores Judaïcô mucrone feriuntur; *totidémque*

erant, mitior fuit; mediô in forô omnes virgis cæſi ac ſecurî percuſſi. Id pro immolatis in forô Tarquinienſium Romanis pœnæ hoſtibus redditum.

1 *E ſervis* enim *Davidis deſiderati ſunt* duntaxat *novemdecim Viri, & Haſaël: ſervi autem Davidis percuſſerunt è Benjaminitis, id eſt, ex hominibus Abneri* multos: *trecenti ſexaginta Viri mortui ſunt. 2 Sam. 2.* verſ. 30. & 31.

2 1 Reg. XVIII. verſ. 22. & 40.

3 Baalis ſcilicet Sacerdotes.

4 *Etiam Suſis in urbe Regiâ interfecerunt Iudæi, & perdiderunt quingentos Viros. Eſth.* IX. verſ. 6.

1 Ceci-

que Juda [1] Nicanori ſternit armis.

600. Samgar [2] pedô ſuô Philiſtinos *ſexcentos* ex numerô vivorum exturbat; & in *totidem* perniciabilis iræ Cleandri [3] miniſtros capitalior recidit Macedonis ira.

700. *Septingentos* Pœnos Spendius deartuat [4], *& cruribus ſuffractis*, in foveas disjicit.

800.

1 *Ceciderúntque eorum qui erant à Nicanore quaſi quingenti Viri.* 1 Macc. VII. verſ. 32.

2 Is Judex in Iſraëlem ſedet, ſuum poſt Deceſſorem *Ehud*, qui *Moabitas depreſſerat*; Hic autem *Philiſtinos ſexcentos ſtimulô bovis percuſſit, ſervavitque ipſe quoque Iſraëlem.* Jud. III. verſ. 30. & 31.

3 Is *inviſum* ſuis flagitiis *Macedonum nomen Barbaris fecerat*: Alexander idcirco DC *militum*, *qui ſævitiæ ejus miniſtri fuerant interfici juſſit.*

4 Ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέκοψαν, ἠκρω-

800. Syros Juda Maccabæus *octingentos* * dilacerat; & ſubditos *totidem* † Alexander Judæorum Tyrannus, medias inter ſuas Bacchi Veneríſque delicias, mediis in Jeroſolymis, cruci ſuffigit.

1000. Abimelec *mille* Siche-

ἠκρωτηρίαζον τοὺς ταλαιπώρους. Κολοβώσαντες δὲ καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔῤῥιψαν εἴς τινα τάφον. *Manibus præciſis, miſeros deartuant: mutilatis crura ſuffringunt, & ſpiranteis adhuc in foſſam conjiciunt.*

* *Ceciderúntque ex eis quaſi octingenti Viri, reliqui verò fugerunt* &c. 1 *Macc.* III. verſ. 24.

† Ὀκτακοσίους ἀνασταυρώσας ἐν μέσῃ τῇ πόλει, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα αὐτῶν ἀπέσφαξε ταῖς ὄψεσι· καὶ ταῦτα πίνων καὶ συγκατακείμενος ταῖς παλλακίσιν ἀφεώρα. DCCC *mediâ in Civitate cruxiſixit, uxoribus illorum atque prole, ipſorum in conſpectu priùs jugulatis; atque hæc potans, & cum ſuis concubinis recubans proſpectabat.*

* Sive

chemitas in *turri* *, & Chriſtianos *totidem*, Nicomediæ in *templô*, Diocletianus comburit.

2000. Tyriorum *millia duo* †, Alexander ſævitiê Magnus, *per ingens littoris ſpatium*, crucibus affigit; & Judæos *totidem*, (*auri è viſceribus terræ non effodiendi gra-*

* Sive *propugnaculô*, intra quod ſeſe receperant; *ſed ramis arborum illic circumpoſitis & incenſis*, ſuffocati ſunt. *Iud.* IX. verſ. 46: & 49.

† Tyrô enim receptâ, ſuam in Tyrios iram exhalat, quòd ſuam obſidionem in ſeptimeſtre traxiſſent; per Præcones itaque jubet *omnes interfici, ignémque tectis injici, triſte deinde victoribus ſpectaculum illud præbuit duorum millium de cruce pendentium.* Sic Babylone, *poſt Cyrum*, rurſus captâ, *Babyloniorum Procerum tria millia patibulis Darius affixit.* Ὁ Δαρεῖος τῶν Ἀνδρῶν τὰς Κορυφαίους μάλιστα ἐς τρισχιλίους ἀνεσκολόπισεν.

gratiâ, *ſed ex humanis* [1] *extis refodiendi causâ*) Syrorum aviditas eviſcerat.

3000. In Iſraëlitarum *millia tria* [2], aurei vituli crimen Levitæ ferrô expiant; & Philiſtinos *totidem*, Templi [3] ruinis ſecum obruit Simſon.

4000. Philiſtinâ victoriâ, Iſraëlitarum *millia* [4] *quatuor* peſ-

1 Transfugam enim deprehenderant Syri ex *fimô ventris aureos colligens*: rati igitur reliquos & transfugas aurô plenos veniſſe, *unâ nocte duorum millium viſcera patefaciunt*, μιᾷ ἀναχίζουσι νυκτὶ πρὸς δισχιλίους.

2 *Levitarum* enim *quiſque* ex Divinô Moſis Edictô *ſuum & fratrem*, *& amicum*, *& propinquum occidit*, *& ceciderunt de populô illô*, *eô ipſô die*, ad tria millia *Virorum* *Exod.* XXXII. verſ. 27. & 28.

3 Ruunt enim tecta ſubducta columnis, quas *Simſon* concutit, *Iudic.* XVI. verſ. 29. & 30.

* *Nam quum aciê inſtructâ Philiſtini irent obviam*

peſſundantur; &, *Caroli Magni* * *vindictâ*, totidem Saxonum capita demetuntur.

5000. Lyſiæ *millia quinque* † Judæi ferrô tollunt; & Byzantii ‡ *totidem*, [acerbiore fatô Delphenſium nuperô] pyrius pulvis diſperdit.

6000.

obviam Iſraëli, & confereretur prælium, plagâ affectus eſt Iſraël coram Philiſtinis; & percuſſerunt, ipsô conflictû, in eôdem agrô, quaſi quatuor millia virorum. 1 *Sam.* IV. verſ. 2.

* Quòd & in ipſum rebellaſſent, & ejus copias fudiſſent, *Annô* 782.

† *Tum congreßi ſunt inter ſeſe, ceciderúntque ex caſtris Lyſiæ ad quinque mille viros; ceciderunt inquam ex adverſô iſtorum.* 1 *Macc.* IV. verſ. 34.

‡ Annô Hegir. 895. *die ſolis, fulmine tactum eſt Templum, in quô pulvis tormentarius reconditus erat; quô igne Templum fuit funditus everſum, & perierunt ultra* 5000 *hominum.*

‡ Ἀπώ-

6000. Mercenariorum [1] Amilcar, & Pœnorum Minutius [2] *millia ſex* Herculeâ machærâ decollant.

7000. Arabum verò *millia ſeptem* exitiô gravi ſternit Herodes [3].

8000. Sed Timotheo Juda [4] Maccabæus *octies mille* viros eripit occiſione; ſic Jonathan, *ferrô ac flammâ in Azo-*

1 Ἀπώλοντο μὲν οὖν εἰς ἑξακισχιλίους τῶν Λιβύων καὶ τῶν ξένων.

2 *Sex millia hoſtium cæſa, quinque admodum Romanorum, tamen in tam pari propè clade fama egregiæ victoriæ cum vanioribus Literis Magiſtri Equitum, ideſt Minutii, Romam perlata.*

3 Filius Antipatri ὃς Ἄραβας εἰς ἑπτακισχιλίους κτείνει.

4 *Agnoſcentia verò caſtra Timothei Maccabæum eſſe, fugerunt à conſpectû ejus, & percuſſit eos plagâ magnâ, adeò ut ceciderint ex eis, die illô, ad octies mille Viros.* 1 Macc. v. verſ. 34.

Azotum graſſatur, totidémque Philiſtinos Marte [1] ac Vulcano delet.

9000. Q. Minutius Ligurum [2] *millia novem* enſe fatiferô trajicit; & Nicanoris *millibus totidem* [3] Judæi gladium in pectus infigunt.

10000. Tribus Judæ [4] Cananæorum copias integrâ vaſtant *myriade*; ſic Idumæorum

1 *Ita fuerunt qui ceciderunt gladiô, cum iis qui perierunt incendiô, ad octies mille Viros.* ibid. 1 *Macc.* x. verſ. 85.

2 Q. Minutius in agrô Piſanô, cum Liguribus, ſignis collatis, pugnavit; *novem millia hoſtium occidit*; cæteros fuſos, fugatóſque in caſtra compulit.

3 *Pugnante verò ab ipſis Omnipotente trucidarunt ex hoſtibus* ſupra novem millia &c. 2 *Macc.* VIII. verſ. 24.

4 *Sic aſcendit Iehuda, tradidítque Iehova Cananæum & Perizzæum illum in manum eorum; qui percuſſerant eorum in Bezekô* decies mille Viros. *Iudic.* 1. verſ. 4.

*Et

rum * millia totidem, *è faſtigiô petræ*, dejicit Amazias, & omnes dirumpuntur.

11600. Samaritæ *ſexcenti* ſuper *undecim millia* Cerealîs † virtute bellicâ vitam cum ſanguine fundunt.

12000. Hajum ignî, ferróque ad hominum *millia* ‡ *duodecim* Joſua pervaſtat: &, *Jero-*

* *Et* decem millia virorum *captivos abducentes Iehudæi, duxerunt ad faſtigium petræ; & dejecerunt eos è faſtigiô petræ, ita ut omnes dirumperentur.* 2 *Chron.* xxv. verſ. 12.

† Tribunus ille Cerealis *aggreſſus* Samaritas in monte Garizim, *occidit omnes. Erant autem undecim millia & ſexcenti.* Περιστὰς ἀπέκτεινε πάντας, χιλίους ἑξακοσίους ἐπὶ μυρίοις ὄντας.

! *Fuerúntque omnes, qui ceciderunt die illô, cùm viri, tum fœminæ* duodecies mille; *Omnes Viri Haji.* Joſ. VIII. verſ. 25.

Jeroſolymis, Pompeïanus enſis *totidem* * tranſvêrberat.

13000. Marci Valerii generoſâ Palladê Sabinorum *tredecim millia* funditus † evertuntur; & Judæi, naturam exuentes, *una cum Scythopolitis*, Tribules ſuos ad *millia* ‡ *totidem* contrucídant.

14700. Obſtrepentes Moſi &

* Ἰουδαίων μὲν οὖν ἀνῃρέθησαν μύριοι καὶ δισχί-λιοι, *Iudæorum autem millia 12 occubuerunt,* profanô Pompeïanorum furorê.

† Ita me oportuit eloqui, *illâ quippe pugnâ, ne unus quidem deſideratus eſt Romanus; & Sabinorum millia 13. cædê poſtrata ſunt.* Ἐν τῇ μάχῃ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν· τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε.

‡ Νυκτὶ δὲ οὓς μὲν ἀφυλάκτους, οὓς δὲ κοιμωμένους, πάντας ἀπέσφαξαν, ὄντας τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ μυρίους καὶ τρισχιλίους.

Mor-

& Aaroni cœlitùs exanimantur * ſuper millia *quatuordecim.*

15000. Pugnâ Punicâ, ad Thraſymenum, *quindecim* Romanorum *millia* in aciê cæſa ſunt; & Pompeïani *totidem* Pharſalicâ protriti.

16000. Ad *ſedecim millium* perniciem Samnitibus ‡ Appius & Volumnius incumbunt.

17000.

* *Mortui ſunt iſtâ plagâ quater decies mille ſeptingenti. Num.* XVI. verſ. 41, & 49.

† Hæc eſt nobilis ab lacum Thraſymenum pugna, atque inter paucas memorata pop. Rom. clades &c.

‡ Appius Claudius Prætor, & L. Volumnius Proconſul in agrô Stellate caſtra conjungunt: Ibi & Samnitium Legiones omnes conſidunt, pugnatum infeſtiſſimis animis &c. *Cæſa Samnitium* XVI *millia trecenti* &c.

17000. Et, menſis periodô, *millia* * *ſeptemdecim* Diocletianus martyriô coronat.

18000. Benjamiticô certamine ſecundô Iſraëlitarum *octodecim* † *millia* mortem occumbunt; ſic & Idumæorum *millia* ‡ *totidem* gladiô Davidicô perfodiuntur.

20000. Sic rurſum, *Davidicô*

* *In unô menſe Chriſtianorum virorum, mulierum, & puerorum* 17000 *caeſa ſunt.*

† Benjaminitæ *proſtraverunt ex Iſraëlitis iterum octodecim millia virorum humi: Omnes hos ſtringentes gladium. Judic.* xx. verſ. 25.

‡ *Comparavit etiam David nomen, quum reverteretur à cæde Syrorum; in valle ſalis* percutiens *octodecim millia* Idumæorum. 2 *Sam.* VIII. verſ. 13. & 1 *Chronic.* XVIII. verſ. 12.

* *Ubi*

dicô * *milite*, Abſalonitarum *millia viginti* diſpereunt; & *millia* † *totidem*, Paſchali tumultû, Jeroſolymis conculcantur.

22000. Benjamiticô conflictû ‡ primô Iſraëlitarum *duo*

* *Ubi cæſi ſunt pop. Iſraëlis ante ſervos Davidis, adeò ut eſſet ibi plaga magna in die illô, viginti millium.* 2 *Sam.* XVIII. verſ. 7.

† Δύο γὰρ μυριάδες ἐξηριθμήθησαν τῶν κατὰ τὴν στάσιν ἐκείνην φθαρέντων. *Viginti enim millia extinctorum illô tumultû numerata ſunt.*

‡ *Exeuntes verò* Benjaminitæ *Gibbâ; proſtravêrunt ex Iſraëlitis, die illô, viginti duo millia virorum humi. Iud.* XX. verſ. 21.

Qui πρὸς τὸ μὲν μωμεῖσθαι ῥᾴδιος, πρὸς τὸ δὲ μιμεῖσθαι ἀμήχανος καὶ ἀδύνατός ἐστι, τὴν μεγάλην ἐμοὶ δίκην ἐπάξει, ſeu præpoſterè, *primam aciem illam* poſt *ſecundam* locaverim. Sed me Pythagorei Judices omni culpæ ſuſpicionê liberaturi ſunt: Illorum quippe irrevocabili Decretô hæc *viginti duo* cæſorum *millia*, plura ſunt *millibus* illis *octodecim*, aciê ſecundâ trucidatis.

duo * *& viginti millia* vivis eripiuntur ; & *totidem* Syros Davidica diſcutit Martia virtus.

24000. Adulterum & Idololatram Iſraëlem ad *viginti quatuor millia* Deus exterminat.

25000. Acies autem Benjamitica tertia *quinque viginti millibus* Iſraëlitarum vitam adimit.

27000.

* *Percuſſit David è Syris viginti duo millia virorum. 2 Sam.* VIII. verſ. 5.

† *Fuerunt autem qui mortui ſunt plagâ illâ vicies quater mille. Num.* XXV. verſ. 9.

Mille ſcilicet *Primarii* ex peremptoriô Judicum decretô *ſtrangulati ſunt, hîc itidem loci* verſ. 4. & 5. vulgus autem *trucidatum* eſt ἐς εἰκοσιτρεῖς χιλιάδας. 1 *Cor.* x. verſ. 8.

‡ Ita *fuerunt omnes qui ceciderunt è Benjaminitis vicies quinquies mille viri ſtringentes gladium, eôdem die, omnes iſti viri ſtrenui. Jud.* XX. verſ. 46. *Centum* ſcilicet illis omiſ-

27000. Syrorum verò *millia* * *viginti ſeptem* ſui receptaculi ruinis obteruntur.

30000. Iſraëlitas pedites ad *triginta* † *millia* Philiſtini gladiô tranſigunt; & Sardos *totidem* Manlius ‡ è rerum naturâ tollit.

35000. & 37000. Nicanori verò, *quinque & triginta*

omiſſis verſ. 35. ibid. Ellipſeos gratiâ, uti & aliàs ſæpius.

* Ingens profectò Syriaca clades eſt illa; *Percuſſerunt* enim *Iſraëlitæ è Syris centum millia peditum, unô die.*

Fugientibus deinde reliquis Aphekum in ipſam Civitatem; corruit ejus murus ſuper viginti ſeptem millia virorum, qui reliqui erant &c. 1 *Reg*. xx. verſ. 29. & 30.

† *Ceciderunt ex Iſraële triginta millia peditum.* 1 *Sam*. IV. 10.

‡ *Torquatus* ſcilicet *Prætor*, qui res in Sardiniâ adminiſtrabat. *Hioſtus* enim *adoleſcentiâ ferox, temerè præliô initô fuſus, fugatúſque: ad xxx. millia Sardorum eô præliô cæſa, mille trecenti fermè vivi capti.*

ta [1] *millia* Maccabæi mortê proſternunt; ſic ad *triginta ſeptem* Pœnorum *millia* Martius [2] armipotens dilaniat.

40000. Scipionis [3] ductû hoſtium *quadraginta millia* cæſa, aut flammis hauſta; & totidem Gallorum *millibus* decimi ſeculi *ſacer ignis* [4] exitium intulit.

42000.

1 *Proſtraverunt non minùs* 35 *millibus &c.* 2 *Macc.* xv. verſ. 27.

2 L. ſcilicet *Martius*, Septimi filius, Eques Rom. qui res Hiſpaniarum perditas reſtituit, quique *bina Caſtra Pœnorum expugnavit, & ad triginta ſeptem millia hoſtium cecidit.*

3 *Africanus* eſt ille, qui *Carthaginienſes pluribus prœliis vicit*, quique nunc, *bina hoſtium caſtra expugnat, in quibus* XL *millia hominum ferrô, ignique conſumta ſunt.*

4 On nommoit ce *Feu Sacré*, le mal des Ardens; *Il avoit déja fait de grans ravages, mais il ſe ralluma. Il prenoit tout à coup, & brû-*

42000. Jephtha *duobus quadraginta* † *millibus* Ephraïmitarum jugula reſolvit.

500070. In Arcam introſpiciunt *ſuper* ‡ quinque myriadas ; ſed ἀστροβλήτοις ocyores

*brûloit les entrailles, ou quelque autre partie du corps, qui tomboit par * piéces. Bienheureux qui en étoit quitte pour un bras, ou pour une jambe. Cette playe emporta plus de* 40000 *perſonnes, en peu de jours, en* 994. *ſoûs Hugues Capet.*

* Tales *partium mutilationes*, atque *caſus ingentes*, τὰς δηλονότι τῶν στερεῶν, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων, ἀποπλάσαστάς τι, ἢ ἀποπλάσιας μεγάλας, καί τι τῶν ἀκρωτηρίων ἀντίληψιν, Atticâ graſſantê memorabili Peſtê, *Hippocrates* atque *Thucydides* Annô *viderunt* belli Peloponneſiaci ſecundô.

† *Tum* illis *dicentibus huic, dic jam Schibbóleth, ſi* hic *diceret ſibolet, nec compararet ſe ad loquendum rectè, apprehenſum eum jugulabant ad Vada Iordanis : ſic ceciderunt tempore illô ex Ephraïmitis quadraginta duo millia.* Iudic. XII. verſ. 6.

‡ *Septuaginta* quippe, ſupra *quinquageſies mille, percuſſi ſunt.* 1 *Sam.* VI. verſ. 19.

res corruunt; ſic etiam in Judæorum *millia* * plus quàm *quinquaginta*, Babylonê Seleucíam profugorum, Græci atque Syri, *hoſtiliter aliàs diſcordes*, perfidiâ concordi lethaliter irruunt.

60000. Lucullus † Pontum devaſtat ſex hominum myriadibus.

70000.

* Judæi ſiquidem Babyloniis vexati Seleuciam, *ceu in Aſylum*, profugiunt. Inibi autem Græci capitalì in Syros ardent odiô, Judæi Syris ſeſe adjungunt: atque ſic ab illô fœdere metuentes ſibi Græci, ſuum in Syros odium concoquunt, quò, *perfidi concorditer*, Judæos opprimant incautos, ἐπιπεσόντες τὸ αἰφνίδιον αὐτοῖς, κτείνουσι μυριάδας ὑπὲρ πέντε ἀνδρῶν; *Eos enim ex improviſô aggrediuntur, ac illorum occidunt ſupra 50 millia.*

† *M. Lucullus Proconſul Thracas ſubegit.* L. autem *Lucullus, in Pontô, adverſus Mithridatem feliciter pugnavit, cæſis hoſtium ampliùs quàm ſexaginta millibus.*

* *Ita*

70000. Dira lues, Regii faſtûs ergò, Davidicas oves ad ſeptem * myriadas depopulatur; & oves *totidem* Chriſti Carolinâ rabiê † voratas ipſæ Furiæ horrent.

75000.

* *Itaque poſuit Iehovà peſtem in Iſraële, ab eô manè uſque ad tempus conſtitutum; quà mortui ſunt de populô, à Dane uſque ad Beerſchebatum, 70 millia virorum.* 2 *Sam.* XXIV. verſ. 15.

Davidem porrò bonum] Paſtorem ſuarum *Ovium* miſereri decet, *videns enim Angelum, qui percutiebat populum*, ſua pectora tundit, & Deum inclamat, *Ecce, Ego peccavi, & Ego iniquè feci, hi autem*, HÆ OVES, *quid fecerunt?* ibid. verſ. 17.

† Sic ipſi τοῦ ποιμένι τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ ποιμένι τῶν προβάτων τοῦ Μέγα Ovium 70 millia *Caroli* IX eripuit laniena: Epiſtolis enim ad *Gregorium* 13. datis, *de tantâ hæreticorum* (illos uti vocat) *ſtragê gloriatur*; Ἀλλ' ὁ ἈΛΗΘΙΝΟΣ, ὁ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνων, καὶ ὁ Ἔκδικος εἰς ὀργὴν τοῦ τὸ κακὸν πράσσοντος, ᾧ μόνῳ ἡ Ἐκδίκησις, ἀνταποδώσει, támque impiam gloriationem, gloriantis in caput retundet: *Sanguinem* enim, *ab illô repoſcitur-*

 turum

75000. Judæi, florente * Mardochæô, *ſeptuaginta quinque* oſorum *millia* ſuæ immolant vindicationi.

80000. Maniaca ferocitas Epimanis Antiochi Judæam ſanguine polluit *millium* † *octoginta*; & Negotiatorum *parili ſtragê* Aſiam ‡ univer-

ſuræ eſt, mactatorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod tuebantur. Imò, eidem jam illi Carolo nono, *ſanguinem ſanctorum effundenti, ſanguinem datum eſſe ad bibendum*, vidimus modò pag. 57. artic. 20. Orat. hujuſce parte 2â.

* *Dignitatibus & gratiâ* Regem apud Aſſuerum, *Eſther.* IX. verſ. 4. & 16.

† 2 *Maccab.* v. verſ. 14. *Tridui ſpatiô*, idque *maniacô* atque feroci τοῦ Ἐπιφανοῦς, ἀλλ' Ἐπιμανοῦς τοῦ Ἀντιόχου, τοῦ τεθηριωμένου τῇ ψυχῇ, κακουργήματα.

‡ *Is* enim *Edictô, omnes qui in Aſiâ forent, Romanæ Civitatis homines, interfici juſsit*: tantæque Provinciæ hoſpitales Deos, *injuſtô*, ſed non *inultô* cruore reſperſit. *Vis* autem illos *numeratô*, mirifici tui re-

colito

verſam cruentat Mithridates.

90000. Thebas expugnant Macedones, & *millium nonaginta* * cruorem effundunt.

100000. Iſraëlis gladiô Syri trans-

colito hæc Polyantheæ verba, *Πεντεκαίδεκα μυριάδας ἡμέρᾳ μιᾷ τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων κατασφαγῆναι παρεσκεύασεν ὁ Μιθριδάτης.* Sed vetuſtior alius Polyanthea myriadas 15 illas ad 8 reducit; quod, *utpote antiquius, atque adeò Mithridatis ævo propius*, ſum amplexus. Abſit igitur, ut æmuli mei, ſuper illô, aliiſque numeris, *pariter controverſis*, mihi dicam impingant.

* *Ὅτε εἷλε τὴν Θηβαίων πόλιν Ἀλέξανδρος ἐφόνευσεν αὐτῶν εἰς ἐννακισμύρια. Cùm cepiſſet urbem Thebanorum Alexander, illorum occidit circiter 90 millia.* Ubi obiter nota *liberos* illum *vendidiſſe Civeis*, Sacerdotibus Exceptis, *ἀπέδοτο δὲ τοὺς ἐλευθέρους πάντας πλὴν Ἱερέων.* Illorum igitur *Ingenuitati* perinde pepercit, ac illorum *Bonis* pepercerant & *Pharao*, & *Artaxerxes*, *Gen.* XLVII, verſ. 22, Et *Eſdr.* VII, verſ. 24.

transfiguntur ad *myriadas* [1] *decem*; & Tigranis *totidem* peditibus fulmineum enſem in pectora Lucullus [2] adigit.

110000. Macedones, Iſſicô præliô, Perſarum ad *myriadas undecim* [3] cædem efficiunt

120000. Madianitarum *myriadas* [4] *duodecim* Gedeon falcat;

1 *Percuſſerunt Iſraëlitæ è Syris centum millia peditum, unô die.* 1 Reg. xx. verſ. 29.

2 Λέγεται ὁ Λούκουλλος τοῦ Τιγράνη τῶν μὲν πεζῶν ὑπὲρ δέκα μυριάδας διαφθαρῆναι. *Lucullum perhibent pedites Tigrani ſupra centum millia cecidiſſe.*

3 Νικήσας δὲ λαμπρῶς, ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ καταβαλὼν ὑπὲρ ἕνδεκα μυριάδας τῶν πολεμίων, Δαρεῖον μὲν οὐχ εἷλεν &c. *Inſigni partâ victoriâ, & plus centum & decem millibus hoſtium interfectis, non cepit tamen Darium Alexander* &c.

4 *Qui autem ceciderant, tantum viginti millia virorum* erant, *ſtringentium gladium.* Iudic. VIII. verſ. 10.

* *Achas*

ſalcat; & Achazo Regi *totidem* * *myriadas* Iſraëlitæ demetunt.

170000. *Tigranis* † ævô, Syria ſuis convulſa columnis, *ſeptemdecim* hominum *myriadibus* orbatur.

185000. Et Aſſyria Caſtra *centum* ‡ *octoginta quinque* cadaverum *millibus*, Angelicâ cæde nocturnâ, conſternuntur.

200000.

* *Achaz in manum Regis Iſraëlitarum traditus eſt, qui ipſi interfecit centies vicies mille, die uno; omnes robuſtos*, &c. II. *Chron.* XXVIII. verſ. 5. & 6.

† *Tigranem* ſum elocútus, illum enim Syri, mutuis fratrum odiis penè conſumti, tunc temporis ſibi Regem delegerant, cùm illorum Patria *terra motû vaſtata eſt, quâ centum ſeptuaginta millia hominum, & multæ Urbes perierunt.*

‡ *Itaque fuit, nocte eâdem; ut prodiens Angelus Iehovæ percuteret in Caſtris Aſſyriorum*

200000. Tomyris Perſarum *myriadas* * *viginti*, cum ipſô Cyrô trucídat; rurſúſque Perſis *totidem* † pugna Marathonia reliquum ſpiritum exhaurit.

220000.

riorum centum octoginta quinque millia; qui̇́mque ſurrexiſſent manè, ecce omnia illa erant cadavera mortuorum. 2 *Reg.* XIX. verſ. 35.

* *Cyrum enim ad anguſtias Tômyris perduxit, & compoſitis in montibus inſidiis, ducenta millia Perſarum, cum ipsò Rege, trucidavit.*

† *Miltiade Duce*, qui poſt eam victoriam damnatus à Pop. Athenienſi in vinculis publicis mortem obiit. Super occiſorum autem numerô controverſi ſunt Polyanthεæ mei, alii quippe ferunt ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ τεθνηκότας τῶν Βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας. Alii verò, τὰς Μυριάδας τῶν φθαρέντων τῶν Μήδων τριάκοντα ἱστορέουσιν. Ingens eſt certè numerus ille 30 *myriadum*; at Latina pagina, cui ſubſcripſi, *ducenta* duntaxat *millia* vel *prælio*, vel *naufragiô* Perſis erepta profert. *Naufragos* igitur illos

220000. & 240000. Judæi ad Cyrenem, * Romanorum pariter ac Græcorum, *duas & viginti myriadas* tormentis

illos dum inquiro, cœnoſum offendo Marathonium lacum, qui fugientes viarum ignaros abſorbet. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ Μαραθῶνι λίμνη τὰ πολλὰ ἐλώδης· ἐς ταύτην ἀπειρίᾳ τῶν ὁδῶν φεύγοντες ἐσπίπτουσιν οἱ βάρβαροι. Qui igitur *pugnâ caſos*, memorant; *pauciores* narrant; qui autem *naufragiô hauſtos* adjiciunt; longè profectò *plurium meminerunt. Immanem* enim Perſarum *numerum* cœnoſus ille lacus extinxit. Sic modò conciliabam verſ. 9. *Numer.* xxv. *cum* verſ. 8. *Cap.* x. 1. *ad Cor.*. Videſis pag. 90.

* Græca ſupprimam: En Latina ex multijugô Polyantheâ, meô. *Iudæi qui circum Cyrenem habitabant, Andreâ quôdam Duce, Romanos pariter atque Græcos concidunt; veſcuntúrque eorum carnibus, edúntque viſcera; tum oblinuntur eorum ſanguine, & pellibus induuntur. Multos à vertice ſerris diſcidêre medios; multos objecêre beſtiis; multos etiam certare inter ſe coëgerunt*, ita ut interierint homiuum ad ducenta viginti millia, ὥστε τὰς πάσας δύο καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀπολέσθαι.

Pra-

tis vel exquiſitioribus *uſque ad necem* excruciant: & eædem cruore nondum exſatiatæ tigres Cypriorum * *myriadas viginti quatuor* ſanguine privant.

250000. Pharaonis copiæ ad *viginti quinque* † *myriadas* refluis fluctibus Erythræis obruuntur.

260000.

* Præterea in Ægyptô, Cypróque, Artemione Duce, *Cypriorum* cædes conſimilis facta eſt, ubi deſiderata ſunt hominum 240 *millia*; Μυριάδες τέσσαρες καὶ εἴκοσι; Ex quo fit, ut Judæo in Cyprum venire non liceat: quòd ſi fortè vi tempeſtatis in Inſulam appulerit, interficitur.

† Polyanthea ſacer *numerum illum ſilet*, ſed Polyanthea Profanus Pharaoni tribuit τὰς τῶν Ὁπλιτῶν μυριάδας εἴκοσι σὺν Ἱππεῦσι πεντακισχιλίοις. Sunt igitur *myriades* 25. At rubri maris undæ in ſeſe refuſæ tot illos & tantos tam altè demerſerunt, ut *nemo nuntius ſeſe fluctibus illis eripuerit*, ὥστε γὰρ ἀπώλοντο πάντες, ὡς μηδ᾽ ἄγγελον τῆς συμφορᾶς τοῖς ὑπολελειμμένοις ὑπολείψαι.

* *Fe-*

260000. Mardonio, pugnâ ad Platæas, *myriadas ſex & viginti* ferrô corrumpit Ariſtides.

300000. Hungarorum † *myriades triginta* Solimanni furor internecione delet.

360000. Et Martelli ‡ Caroli

* *Ferunt enim ex* ccc *millibus, cum* Artabazo XL *millia fugam cepiſſe.* Λέγονται γὰρ ἀπὸ τῶν τριάκοντα μυριάδων τετρακισμυρίους μόνους φυγεῖν σὺν Ἀρταβάζῳ. Cæſæ ſunt igitur *myriades ſex* & *viginti.*

* Deflenda certè Chriſtiana ſtrages illa, quâ flos Nobilitatis, *Hungariâ ex universâ delibatus*, infeſtô conciditur Acinace Turcicô; Et Rex ipſe, *Iuventâ florente fervidus*, prælium committit imprudens & impar; ſed cæſus, atque fugatus in paludem innabilem, enatare nequit, & extinguitur.

‡ Is enim cùm intellexiſſet Saracenos ab Eudone in Galliam evocatos, magnis itineribus in hoſtem proficiſcitur; pugnandíque poteſtatem facit, & vincit non longè à Turonum finibus. *In eô autem prælio ſcribunt Hiſtorici ad* ccc *&* LX *millia Saracenorum ceci-*

roli malleô Saracenorum *myriades triginta ſex* conteruntur.

400000. Helvetiorum autem *myriades quadraginta* bellum Cæſareum attrivit.

500000. Iſraëlitarum verò *quinquaginta* † *myriadas* oppreſſit Abija.

1000000. Ac Æthiopum *myria-*

tecidiſſe. Gallicus tamen Polyanthea meus copias illas multùm imminuit; atque adeò de *contuſorum illô numerô permultos deducit.*

* Τῷ γὰρ τῶν Ἑλυηττίων πρὸς τὸν Καίσαρα τὸν Θεῖον πολέμῳ περὶ τετρακόσιαι μυριάδες σωμάτων διεφθάρησαν. *Bellô enim contra Divum Cæſarem Helveticô, cccc circiter hominum millia deleta ſunt.*

† *Quam ob rem fugerunt Iſraëlitæ metû Iehudæ, tradiditque illos Deus in manum horum.*

Percuſſerunt enim eos Abija, & populus ejus, percuſſione magnâ, ita ut caderent confoſſi ex Iſraëlitis quingenties mille viri delecti. 2 *Chron.* XIII. verſ. 16. & 17.

* *Pro-*

myriadas centum proculcavit * Aſa.

1100000. Sic etiam Jeroſolymas & oppugnante † & diripiente Titô, hominum *decem & centum myriadas* Libitina hauſit.

1500000.

* *Protritos*, non verò *conciſos* illos enuntio: *Trucidatorum* enim numerum ignoro; atque adeò, *decies* illos *centies mille*, 2 *Chron.* XIV. verſ. 9. ad amuſſim ſi applico, *ſumma rationum ad occiſos non quadrat*, ſicut aliás. Meum enim lemma, *cæde proſtratos*, non autem *converſos in fugam*, luget ubique. Sedulus itaque cavi ne *Inſubres* v. g. a *L. Furiô Prætore*, ad Cremonam, *caſos & captos ſupra* 5 & 30 *millia*, in exemplum proferrem *cæſorum ad* XXXV *millia*. Sic nec *Perſarum* DC *millia, in Campis Adraſtiis*, ab Alexandrô *in fugam verſa*, ceu *myriadas* LX *contrucidatas*, uſpiam memoravi. Sed iſtud ἀκριβεῖς blenni non adorantur.

‡ Τῶν γὰρ ἀπολλυμένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν, μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. *Mortui ſunt enim per omne tempus obſidionis undecies centum millia*: Captivorum autem *nonaginta ſeptem millia* numerata ſunt.

* Fi-

1500000. Quid demum, vel vetuſtioris ævi memoriam ſi replico? vel noviſſimi ſeculi ſtrages infandas ſi renovo? Hominum illinc *quinquaginta * centum myriadas* Trojanæ Proſerpinæ prædam lugebo; hinc verò, *Anti-Chriſti rabiē*, totidem † *extinctas Reformatorum myriadas* collacrymabor.

* Fidus enim Polyanthea meus hæc me docuit, *Troja poſt decennalem obſidionem, fraude & proditione Antenoris & Æneæ capitur. Perierunt in hoc bellō ultrà quindecies centena millia hominum, ex utraque parte.*

‡ Mei rurſus *Polyantheæ* recentior editio, *ipſis uberior Pandectis*, hæc me docet, *Et certum eſt, quòd Annō Chriſti* M. D.XVIII. *& ſequentibus* XXX, *diverſis in locis, ex Inquiſitione Papiſticâ*, 1500000 *Chriſtiani variis tormentorum generibus ac ſuppliciis trucidati ſint.*

PARS

PARS QUARTA.

Sed quid ego, *Pythagoreus nuſquam*, numeris aſtringor? Adlubeſcit igitur aliquot ad exempla numeri neſcia deviare, modulíſque Muſicis, *pauca poſt momenta*, veſtras aureis, *voce meà luctiſonâ feſſas*, permulcêre.

1. Quid cladis primævi contraxerint Majores antequam & *Abyſſi* * *Magnæ* ſeſe diſſinderent *fontes*, & *Cæli Cataractæ* recluderentur, quò *ſpirans corruptum omne* ‡ *pectus expiraret*, me procul fugit.

2. Sed

* *Gen.* VII. verſ. II.

‡ Diluviô ſcilicet univerſali A.M. 1656. *Gen.* VI. verſ. 12.

1 A.M.

2. Sed benè conſcius ſum *ſulphure* & *igni* [1] *pluiſſe* ad interneciorem *Sodomi*, atque *Gomorrhæ*.

[3.] 3. Sic & eadem mens mea benè conſcia eſt, incenſam *ante* [2] Sodomam, ſuos *Abrahamum* armaſſe Vernas, illóque vel unô manipulô *quaternos Toparchas*, Regum quinque manubiis opimos, atque Loti raptores, [3] *concidiſſe*.

4. Sic profectò *Simeon* & *Levi* ſtupratam [4] ſororem *Di-*

1 A. M. 2107. *Gen.* XIX. verſ. 24.

2 A. ſcilicet M. 2092. Bellorum eſt antiquiſſimum, ipſóque vetuſtius Trojanô, *Annis* propemodum *octingentis*.

3 *Gen.* 14. verſ. 15.

4 A *Sichemô*, cognominis Principe Civitatis, A. M. 2215. Aliis 2274. Sed priùs inter Horologia, quàm inter Chronologos conveniet.

Dinam vindicant, & *Sichemitas*[1] *feriunt*, atque depeculantur.

5. Sic *Jobi*[2] pecuarios & Sabæorum gladius, & ignis Dei, & Chaldæus enſis, ad exitum adducit.

6. Sic obduratos Ægyptios *ignea*[3] perimit *grando*, bifariam miraculoſa.

7. Sic & maſculam Iſraëlis prolem, *Niliacis objectam undis*[4], in Ægyptios πρωτοτόκους

1. *Gen* 34. *verſ.* 25.

2 Tragicum illum triplicem eventum, è *Iobi cap.* 1. *verſ.* 15. 16. & 17, Ægyptias præceſſiſſe plagas elucet ex lucidiſſimâ Rever. mei Collegæ *Spanhemii Hiſtoriâ Iobi*, quæ obſcurum detegit ævum *Iobi* paulò antiquius eſſe *Moſaicô*.

3 *Exod.* IX. *verſ.* 24. Septima eſt Ægypti plaga *A. M.* 2513.

4 *Exod.* I. *verſ.* 22.

νίκυς ulciſcitur [1] *Exterminator.*

8. Sic Moſis extrema [2] caſtra, *querimoniis impia*, ipſe conſumit, qui *conſumens ignis eſt* [3].

9. Sic in Iſraëlem avidum, *& coturnicibus ingurgitatum* [4], vindex idem exardeſcens, mortem, *gulæ pœnam*, ipſis irrogat.

10. Sic & eoſdem, *in Deum perduelles*, Amalekitarum, Cananæorúmque gladio [5] ſubmittit ipſe Jehova.

11. Dathan & Abiram in Mo-

1. Ultima eſt Ægypti plaga A. M. eôdem. *Exod.* XII. *verſ.* 29.
2 *Num.* XI. *verſ.* 2.
3 *Hebr.* 12. *verſ.* 29.
4. *Num.* XI. *verſ.* 33. *Pſalm.* 78. *verſ.* 29.
5 *Num.* 14. *verſ.* 45.

1 *Num.*

Moſem inſurgunt, ſed vaſtô telluris hiatû [1], *unà cum ſuis conſortibus*, hauriuntur.

12. Iſraël Cananæorum [2] pectora, *ceu victoriarum primitias*, morti devovent [3], & devotos efficiunt.

13. Cœleſtis cibi ſatias Iſraëlem tenet, carníſque lugent Ægyptias ollas, ſed Dipſadibus [4] inareſcunt.

14. Amorrhæos Reges fœderatos quinque & fundit

[Ga-

1 *Num.* 16. *verſ.* 32.

2 *Num.* 21. *verſ.* 3.

3 Græciſmus eſt ſacer ad imitationem Divi Pauli *Gal.* IV. *verſ.* 19. *Τεκνία ὃς πάλιν ὠδίνω.*

4. Ibid. *Num.* 21. *verſ.* 5. & 6. *Πρηστῆρας* aliter, atque *Καύσωνας Dioſcorides*, *Ælianus*, *Galenus* & *Aëtius* vocitant: Illorum enim morſus & *incendit*, & *ſitim* infert tantam, ut exinde vel areſcant *ἄποτοι*, vel exundante potû rumpantur.

1 *Ioſ.*

[*Gabaonitarum* [1] *propugnator*] Joſuæ [2] gladius & ſaxea [3] conterit grando.

15. Danitæ [4] Laïtarum animas ignî, ferróque nigra [5] ſub tartara mittunt.

16. Zelotypiâ Lemniæ furentes Inſulam [6] univerſam, *immanî maritorum nocturnâ ſtragê*, viduant, quòd Thracias armis [7] ſubactas, ſubigerent & veretrô: ſic etiam Siculi, meos in Populares petulantes atque feroces, petulanter & ferociunt; illorúmque ſan-

1 *Ioſ.* x. *verſ.* 6.

2 Ibid. *verſ.* 10.

3 Ibid. *verſ.* 11. *A. M. exeunte* 2553.

4 Me, infideli de Populô, ita locutum eſſe *delectat.*

5 *Iug.* 18. *verſ.* 27. *A M.* 2606.

6 *A. M.* 2719.

7 Alluditur ad illud Suetonii, *Gallias Cæſar* ſubegit, *Nicomedes Cæſarem*, &c.

ſanguinem [1] omnem, *veſpertinâ cædê ſuâ*, in angulis Inſulæ ſuæ ternis, penitus extingunt.

17. Centauri [2], *Hymenæos inter Pirithoi cum Deidamia*, petulantiùs laſciviunt; ſed fatali Lapitharum ferrô Venereum illud œſtrum refringitur: ſic procaces in procos ſuæ Penelopes vindictæ ſagittas Ulyſſes emittit.

18. Abimelec [3] Sichemitas

1 Uni duntaxat, eximiæ virtutis *Guilielmo de Porcelets*, Nobili Salyo, pepercerunt. In alios autem uſque adeò ſævitum eſt, proprias ut filias, compreſſû Gallicô fœtas eviſcerarent, quò fœtus illarum ad rupes alliderent. Iſthæc porrò, *& aliquot ſubſequentia*, combinantur exempla, non *συγχρονισμῦ* gratiâ, ſed propter aliqualem, quam inter ſeſe affinitatem habent.

2 Eôdem millenarii tertii ſeculô, ac de Lemniis annotavi, Pag. 112. no. 6.

3 *Seculô* tertii millenarii rurſus *eôdem*, *Iudic.* IX. *verſ.* 45.

tas internecat, illorúmque civitatem, *ſolô æquatam*, ſterili ſale, ac execrandô conſpergit.

19. Saülis [1] agmina tria, ingentem Ammonitis, *ab aurorâ in æſtum diei*, cladem afferunt: ſic idem *Saül* civitatem Nobum [2] tantâ internecionê delet, ut vel ungulam [3] non relinquat.

20. Jonathanis Bellonâ lymphaticus pavor Philiſtinos [4] invadit, & Caſtris univerſis, *ceu Madianitæ* [5] *buccinîs, facibúſque perculſi Gedeonis*,

1 Millenarii tertii ſeculô decimo, 1 *Sam.* XI. *verſ.* 11.

2 Ibid. 1 *Sam.* XXII. *verſ.* 19.

3 *Exod.* X. *verſ.* 26.

4 Ejuſdem Millenarii tertii ſeculô decimô, 1 *Sam.* XIV. *verſ.* 19. & 20.

5 *Iudic.* VII. *verſ.* 22.

2 Secu-

deonis, pernicialem gladium alii in alios obvertunt.

21. Davidica [1] injurioſos in Ammonitas vindicta, ſerras, muricéſque ferreos & ſecures atque fornaces adhibet.

22. Benhadabi [2] copias, *Regéſque fœderatos* 32. *crapulâ merſos*, occupat Achab & ſanguinê mergit: ſic etiam Scythas, *Bacchi madorê graveis*, Cyrus [3] armis gravat; & Hiſtros, *pariter vinô ſaucios*, Appius [4] pulcher ferrô ſauciat.

23. Jo-

1 Seculô eôdem, 2 *Sam.* XII. *verſ.* 31.

2 Ineunte millenariô quartô, 1 Reg. 20. *verſ.* 16. & 21.

3 Seculô quartô millenarii quarti.

4 Seculô octavô millenarii ejuſdem; hos autem *ad octo millia cæſa narrant alii*; alii verò, quos hîc amplector, *numerô dubiô* conciſos illos memorant.

 1 Achab

23. Joſaphati [1] jejuniô, atque precibus, hoſtilia in caſtra, *mutuam* [2] *hoſtium in lanienam*, timorem Deus [3] immiſit: ſic Brenni miles contra Græcos [4] pugnax, metû Panicô permotus mutuis armis ſeſe conficit.

24. Jehu [5] omnes necat & Achabi neceſſarios atque conjunctos, & Baalis Sacerdotes.

25. Im-

1 Achab regnare incipit A. M. 3025; Occiditur Regni 22. Annus igitur eſt 3047. At iſthæc Joſaphati, *à Deo conceſſa*, victoria in eundem incidit annum, quô cæſus eſt Achab.

2 2 *Chronic.* xx. *verſ.* 23. Sic *Sam.* 14. *verſ.* 19. & 20.

3 *Gen.* 35. *verſ.* 5. Et *Exod.* 23. *verſ.* 27.

4 Seculô ſeptimô ejuſdem millenarii quarti.

5 2 *Reg.* x. *verſ.* 11. & 25. Id refundunt in A. M. 3115.

* 2 *Reg.*

25. Impia gentis occæcatæ pietas, & *ſacrilegium* veriùs quam *ſacrum*, Diis atque Deabus ſtercoreis, taurorum non ἑκατόμβας, ſed hominum myriadas, ceu totidem hoſtias, per Iſraëlem * & per Afros Milchomi, ſive Saturno; per Perſas Soli, per Albanos Lunæ, per Spartanos Marti; per Druidas Mercurio; per Laodiceos Jovi; & Egeriæ. Demum per Latinos, atque Dianæ per Scythas ſacrificavit.

26. Impias autem Aſſyriorum Samariæ Colonias Deus ipſe † leonibus in eſcam objecit.

* 2 *Reg.* XVII. *verſ.* 17. Hoſeæ regnô, tertiô ſcilicet ſeculô millenarii quarti.

† Eôdem ævô, ibidémque 2 *Reg.* 17. *verſ.* 25.

27. Et Manaſſes [1] lanienâ ſuâ totas Jeroſolymas luctû atque funeribus complevit.

28. Tullus Hoſtilius [2] pietatis inſolens, & ad bella factus, Patria negligit Sacra, ſed irati Dei flammis [3] ultricibus, *unà cum ſuis univerſis*, revertitur [4] in pulverem.

29. Fornax media, ſeptuplò ardentior, teneris parcit, Principibus Hebræis; ſed furentes

1 2. *Reg.* XXI *verſ.* 16. Exeunte ſeculô eôdem quarti nempe millenarii tertiô.

2 Id rejiciunt in A. M. 3311. *A. C. N.* 637.

3 Atque ſic Penates habet eoſdem, & *Regiam*, & *Rogum*, & *Sepulcrum*.

4 *Gen.* III. *verſ.* 19.

5 *Dan.* III. *verſ.* 22. Id in idem regerunt ævum Tulli Regis paulò poſt Danielem Divum *ὀνειρομάντην* exaltatum à Nebucadnezare.

* Id

rentes illius æſtus, atque ſtri-
cturæ, validos Principum li-
ctores, atque libratores præ-
focant. Sic Darianam Leonum
in ſcrobem Daniel † projectus,
eâdem tutricê Divâ manû, ne
perſtringitur quidem; at ejus
æmuli Satrapæ ‡ delatoréſque,
ſuis cum uxoribus, atque pro-
lê, foveam in eandem altè non-
dum delapſi, temporis punctô
confringuntur atque commi-
nuuntur.

30. *Solon* * infectis aquis
elleborô Cirrhæos pugnaces
ſuperat tandem: ſic *Aqui-
lius* Aſiatici belli reliquias
con-

† *Dan.* VI. *verſ.* 22. ‡ *Ibid. verſ.* 24.
* Id eâdem accidiſſe memorant *Tulli*, atque *Danielis*, ætate, ſeculi nempe illius Annô 56, hoc eſt, *A. M.* 3356. *Aquilianum* verò Stratagema in A. M. refundunt 3821.

 * Is

conficit, mixtis venenô fontibus ad deditionem urbium.

31. Cambyſis copiæ in Æthiopas movent, ſed famê premuntur haud multùm abhorrentê profectò vel à fabellarum * *Erichthoniâ*; vel ab Hiſtoricis & antecedentê

Sama-

* Is etenim *Eriſichton* in epulis epulas quærit, artúſque ſuos lacerô cogitur divelſere morſû. In *obſidione* verò *Samaritanâ* 2 *Reg.* VI. *verſ.* 28. matres duæ filium vorant alterius, hoc eſt, *ſua vorat viſcera matrûm una*. Sic Hieroſolymas obſidente Titô, ſuum lactentem ſuis ab uberibus in fervidam Matrona depellit, & elixum edit. Imò, Polyanthea meus, meos & Populares taliter l'[illegible] infamat, obſeſſos nempe *Sancerranos* à Carolô nonô, atque *Rupellenſes* à Ludovico 13. filiæ ſuæ cadaveribus paſtos execratur. Hinc certè, *Thucydides*, *Ariſtophanes*, *Tullius*, *Livius*, *Valerius Maximus*, *Auſonius*, & *Suidas* ad vitam ſi revocarentur, ſuum *de fame* vel *Meliacâ*, Obſeſſore Niciâ; vel *Saguntinâ*, obſeſſoribus Pœnis, in *Sancerranum*, atque *Rupellenſe* permutarent Adagium.

* Chri-

Samaritanâ, & ſubſequentê *Meliæâ*; ſortiuntur ſiquidem, quò decimus quiſque mordicus divellatur, ac reliquorum novem inſanam atque rabioſam eſuriem ſui pabulô comprimat.

32. Ad Jovis Ammonis ſpolia Cambyſis ejuſdem exercitus alter exardeſcit; ſed tempeſtatibus & arenarum * moli-

* Chriſtianos pudeat *Verum* & *Unum* facinorum atque ſceleris ſpeculatorem & vindicem haud religiosè ſatis revereri atque colere; ipſi namque Pagani, *occæcati licèt*, Deorum nihiloſecius timorem illum tam altè imbiberant, vix ut aliud frequentiùs inculcent, quàm Deos, atque Deas, vindices criminum acerrimos, ſic v. g. *Mileſia Ceres*, *Miletô ab Alexandro captâ*, *milites qui templum ſpoliaturi irruperant, flammâ objectâ privat oculis.* Sic paulò antequam *Thebas*, uti Lyſander *Athenas*, ad tibiæ cantum idem dirueret Alexander, *militum quoſdam*, *Cabira-*

 zum

molibus opprimuntur: ſic Delphos, *Apollinis expilandi causâ*, militem Xerxes mittit; ſed manus illa tota imbribus atque fulminibus delentur.

33. Perſicum imperium exiguò Magorum intercipitur vaframento; ſed verſutum illud facinus, callidiores Perſarum Optimates Judaïcam in Μαγοφονίαν convertunt, quâ Joſias Pythones & ariolos omneis ex numerô hominum * ejecerat.

34. Xerxis miles in Hel-
le-

rum fanum ſpoliare aggreſſos, ſubita tempeſtas fulminibus & flammâ cœleſti conſumit.

* Iſthæc quippe cædes *Ioſiaca* 2. *Reg.* 23. *verſ.* 24. *Perſicam* præceſſit integrô ſeculô.

leſpontum properat, ſed annonâ nullâ *frondes* * atque *gramen* depaſcit, exindéque fluxû torminali dilabitur. Sic econtrariò non egeſtas, ſed luxus, *& ſupra Campanas* † *Annibalis delicias*, lætior Sardiniæ ‡ Ceres militem Franciſci primi torminoſum pallidâ mortê ſuffundit.

35. En rurſum Xerxem & eundem, qui cœlum capitê perrumpere ſicuti conatur; ita & Helleſpontum

* Οἱ δὲ τὴν ποίαν τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τὰ φύλλα κατήσθιον &c.

† Verum enim eſt, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe: ſiquidem invictum Alpibus, indomitum armis, Campaniæ ſoles*, epulæ, ſcorta; *& tepentes fontibus Baiæ, ſubegerunt.*

‡ *Les troupes s'étant trop gorgées de manger, périrent preſque toutes de dyſenterie.* En 1527, & 1528.

tum I. trajicere præceps anhelat. Architectos ergo Phœnices & Ægyptios adhibet; ſed pontibus procellâ disjectis, ſupercilia ferocia tollit, & cœlum territat armis; ac Jovi paria dum intonat, mare primùm *multimodus* * caſtigat, miſerorum deinceps *artificum*

* Ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδια ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον &c. quæ Latinè ſic ſonant.

*Eſt autem ex Abydô ad ulteriorem continentem ſeptem ſtadiorum trajectus: quem pontibus junctum ingens adorta tempeſtas, ea omnia dirupit atque diſſolvit. Quod quum audiſſet Xerxes, indignè ferens, * juſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in ejus pelagus par compedum demitti, & ipſi ſtigmata inuri, ac colaphos impingi*, dicendo, *O aqua amara, Dominus hanc Tibi irrogat pœnam, quòd eum læſiſti, qui de Te nihil malè meritus erat. Te tamen Rex Xerxes, velis, nolíſve, tranſmittet: meritóque hominum nemo Tibi ſacrificat, ut doloſo pariter & amaro*

cum capita cervicibus immiſericors *abſcindit*.

36. Amilcaris * copiæ Venerem Erycínam depeculantur, & ſurreptos ipſi nummorum ſaccos ſuum in luxum effundunt; ſed conflatum iſtud metallum perbrevi doloſum ipſis mortes horrendas mille conflat: ſic Toloſam † ejúſ-

amaro flumini. Hâc pœnâ mare Xerxes plecti juſsit, atque iis, qui præpoſiti operi erant caput præcidi. En nunc *Polyantheam* exſcripſi, ſed *ad Orationem* nuſquam.

* Α'μίλκαν πυνθάνομαι τ̃ Λίβυν &c. *Amilcam Afrum fama eſt cùm templum Veneris in Eryce ſpoliaſſet, & pecuniam inde militibus diſtribuiſſet, graviſsimis poſtea pœnis affectum, denique ſuſpenſum eſſe: ac ſimiliter omnes ei hujus ſceleris & ſacrilegii patrandi participes violentas diráſque mortes ſuſtinuiſſe.*

‡ In Toloſenſi porrò direptione *fuêre argenti pondo* 110 *millia; auri pondo quinquies decies centum millia: Quod ſacrilegium*

ejúſque penetralia diripit Cæpio, ſed quiſque ex eâ direptione aurum attigit extremos exitus habuit miſeros atque cruciabiles.

37. Calydonios, Coreſi, atque Callirhoës ævô, furor inceſſit, *ebrietati* * *ſimilis*, quô

gium cauſa excidii Cæpioni, exercituſque ejus poſtea fuit. Hîc habes itaque, *mi Lector*, argenti & auri Toloſani pondus immane, *ſed chartaceum.* Solius autem *auri*, Orator memini, id quia *ſolum* tritô fertur Adagiô. Tuum eſt cavêre ne tocullio, vel furax *Aurum* unquam *Toloſanum* habeas.

* Ὥσπερ ὑπὸ μέθης ἐκφρονάς τε καὶ παραπλῆγας ἐκείνους Græca deſignat pagina; *Gallica* verò, *undecimi* ætate *Ludovici*, Hiſtorica *ſeries* talis eſt. „En ſuite d'une „grande famine, qui avoit afligé la France „durant l'année 1481, il courut une mala„die Epidémique tout extraordinaire, qui „ataquoit auſſi bien les *Grans* que les *petits*. „C'étoit une fiévre continuelle & violente, „qui mettoit le feu à la tête, dont la plu„part

quô paſſim veſanam efflarunt animam: ſic quintô decimô ſeculô famem excepit phrenetica febris, & *Magnates* pariter atque *Plebeïos* rabiê quâdam tranſverſos abripuit.

38. Re frumentariâ laborat * Roma, multíque ex plebe, *ne animam trahendo crucientur*, ſeſe, *capitibus obvolutis*, in Tyberim præcipitant. O facinus execrandum! *Pereunt, ne pereant!* Sed ſceleſtius attendite

„part tomboient en *phrénéſie*, & en „mouroient, *comme enragez*. En me rurſus confitentem reum habes, *ô delator*, me ſcilicet, dextrâ Græcum, ſiniſtrâ verò, Gallicum, *aliàs etiam Latinum*, exſcribere Polyantheam.

* Coſſ Proculô Geganiô Macerinô & L. Meneniô Lanatô II. Annô V. C. CCCXII.

*„De-

dite crimen. Roberti ſubditos exagitat eſuritio tam rabida, *Romanorum morê*, ſibi nuſquam ut noceant, ſed ferarum * ritû, *allatrantis in opſonium ventriculi*, furant in obvios, & viatores proſcindant atque dilanient.

O tempora! O mores!
Quid non mortalia pectora cògis,
Eſcæ ſacra fames.

39. Athenienſes, *quò peſtilentem, & igneam ſitim undâ reſtinguant*, agminatim in

*„Depuis l'an 1030 juſques à l'année 1033 „la famine fut ſi cruelle en France, qu'il ſe „trouva pluſieurs perſonnes, qui déterroi„ent des corps pour les manger; qui alloi„ent à la chaſſe des petits enfans; & qui ſe „tenoient au coin des bois, *comme des bêtes „carnaciéres, pour dévorer les Paſſans.*

*Ai-

in puteos * ruunt. Ita & Niciæ † milites ſuam in Syracuſanos iracundiam, *ceu furorem*, exhalaturi, & denſi conterunt ſeſe, & præcipites in flumen ſeſe proturbant.

40. Annibal Romanos milites, largiter de ſe meritos, *ceu præmiis affecturus*, congregat; ſed, *pérfidiâ ſibi patriâ*, ſuis illos circumvenit armis, & jaculô ‡ figit: ſic Cu-

* Αὐτοῖς γὰρ ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν· καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα, ἀπαύστῳ τῇ δίψῃ ξυνεχόμενοι. *Iucundiſſimum etenim illis erat ſeipſos in gelidam conjicere: id quod in puteos, multi eorum, quibus cuſtos deerat, fecerunt, inexhauſtâ ſiti adacti.* Annô belli Peloponneſiaci ſecundô.

† Niciæ verò milites ἐπέπιπτόν τε ἀλλήλοις, καὶ κατεπάτουν &c. *alius ſuper alium cadentes, invicem conculcabantur* &c. Annô belli ejuſdem Pelop. 19°.

‡ Montibus aureis illos ſecum in Africam

Curionis cæſi. reliquias Rex Juba, ſupra * mœnia diſponit, & ſublimes illas pectoris generoſi crates, miſſilibus tranſadigit.

41. Manlius, *Junoniis avibus excitus*, Gallorum agmen, per Tarpeïam rupem, noctê ſubluſtri ſcandens † dejicit præceps.

42. Rhe-

cam pertrahere tentat; ſed abnuentes ἤτε ἀνδραποδίζῃ, ἤτε καταποντίζῃ.

* Ὁ δὲ Ἰόβας ἐπελθὼν ἀνέστησεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ ὡς λείψανα τῆς ἑαυτοῦ νίκης κατηκόντισεν. *Juba verò ſuperveniens collocat illos ſuper mœnibus, ſicque* collocatos altè, *ut victoriæ ſuæ reſiduos, telis confixit.*

† Sed illâ ſortê, *quâ verſantur omnia*, Virum tantum, Gallos qui Senonas, *clangorê anſeris excitatus*, à ſummâ rupe deturbaverat, rémque Romanam planè nutantem, atque deploratam fulciverat & erexerat Unus, appetiti Regni crimine *Tribuni damnant, & de ſaxô Tarpeiô dejiciunt:* Atque ſic locus idem, *homine in unô*, & eximiæ

24. Rhegium obſidentê Dionyſiô, Phyton *Rhegi-nis* * *timidior nuſquam*, verùm, *Spartanô bellicoſior*, diu ſeſe propugnat, ſed expugnatum tandem illum, ejúſque conſanguineos omneis, Siculis † voraginibus Tyrannus ſubmergit.

43. Profugi ‡ Senatûs uxores, filiáſque, ſervis ſuis nubere

miæ gloriæ monimentum,& pœnæ ultimæ fuit.

* *Rhegini* audiunt *ignavi*; ſed iſti vitio Gentili, Gentilitiam oppono *bellicam virtutem.*

† Captivos enim illos *Syracuſas* abduxerat, de quarum ſcopulis, vorticoſum ipſos in mare Siculum, *naufragâ infame Charybdi*, præcipitat.

† *Heracleâ* ſcilicet profugerant *Ponti*, metû tyranni, quem in exilium egerant,ſed quem, *verſâ vice, inteſtinóque diſſidiô*, revocaverant.

* Quò

bere Clearchus * compellit; ſed illæ, pudoris ingenui virtutê, *novis priùs conjugibus occiſis*, ſeſe ferrô tam funeſtis calamitatibus eripiunt.

44. Tyrios ad pacem Caduceatoribus ſolicitat Alexander; ſed ‡ illos, contra jus Gentium, *In mare præcipites turrî deturbant ab altâ.*

45. Quadringentorum ſtadiorum arenæ Bactrianæ militem Alexandrinum extorrent;

* Quò ſibi, *exiliô facinoroſiori*, & fidiores illos, & Dominis infeſtiores redderet.

‡ Alexander, quum & claſſem procul „ haberet, (*à Tyrô*) & longam obſidionem „ magno ſibi ad cætera impedimento vide- „ ret fore; Caduceatores, qui ad pacem eos „ compellerent, miſit; quos Tyrii occiſos, „ præcipitaverunt in altum.

*Mul-

rent ; ſed tandem perveniunt ad Oxum, ubi potus intemperantior ſpiritum plurimis * intercludit. Sic ediverſo Indias dum ardentiùs idem ſpirat Macedo, exercitum ex hybernis præmaturè movet, ſed glaciali frigorê trunci fiunt, hoc eſt, arborum obnixi truncis ‡ cataleptici rigent, durantê adhuc habitû in quô mors quemque deprehenderat.

46. Fractis identidem Romanô militê Carthaginienſibus,

* Multóque major horum numerus fuit, quàm ullô amiſerat prælîô.

‡ Memoriæ proditum eſt, quoſdam adplicatos arborum truncis, & non ſolùm viventibus, ſed & inter ſe conloquentibus ſimiles eſſe conſpectos &c.

bus, ſuppetias venit *Xanthippus* * & Atilium profligat: ſed ſuis tropæis iſtis Punicam & invidentiam & perfidiam excitat, illum quippe Pœni, *Laconaſque reliquos*, præmii vicê, Pontô mergunt.

47. Punica claſſis Xanthippi victoriâ, *precariâ licèt*, ſpirat altiùs; ſed illam elatam,

* Xanthippo ſua felicitas perniciem attulit, Carthaginienſes enim, ne Lacedæmoniorum videretur tanta victoria, finxerunt ſe velle *Xanthippum*, egregiè donatum, honoris causâ, cum triremibus in patriam remittere: quarum Præfectis mandarunt illum μετὰ τῶν συμπλεόντων Λακώνων καταποντίσαι. Alii verò memorant navem ei datam veterem & ruinarum plenam, extrinſecus recèns picatam, *ut in eâ per ſe ſubmergeretur* &c. ἵν' αὐτῇ ἐφ' ἑαυτοῦ καταποντωθῇ &c. Atque ſic *pœnas ille dedit, pro navatâ operâ ſtrenuâ*, δίκην ἔδωκε εὐπραξίας.

I Πει.

tam, inſimúlque militê ac annonâ uſque adeò gravem, ut in eâ quaſi tota Carthago, Catulus [1] demergit Lutatius, atque ſic *bellum* conficit *primum* [2].

48. Saguntini, Hannibalis rabiem veriti, immanem in forô excitant rogum, & animi rabidi furorê, furentibus flammis ſeſe [3], ſuóſque committunt. Sic Abydeni, Philippicis armis ad Saguntinam rabiem verſi, ſuas [4] conjuges, libe-

1 Πεντήκοντα μὲν αὐτῶν ναῦς κατέδυσαν, ἑβδομήκοντα δ' ἑάλωσαν αὔτανδροι *Demerſis navibus ipſorum* L; *Captis verò cum ipſis vectoribus* LXX.

2 *Punicum* ſcilicet; de *Pœnis* etenim eſt ſermo.

3 *Novem* menſibus feſſi famê &c. *ſe, ſuóſque, cum omnibus opibus ſuis, ferrô & igni corrumpunt.*

4 Matronas omnes in Templô Dianæ,

 puc-

liberóſque interficiunt, juràntque neminem vivum, niſi victorem, aciê exceſſurum.

49. Ptolomæus * Philopator inermes in Judæos, intráque Hippodromum catenis graveis, elephantos thurê, vinóque conditô veſanos atque furioſos emittit; ſed elephanti, *terrore perculſi Panicô*, Regis in copias & expeditas & armis inſtructas furibundi ſeſe convertunt, illáſque, *Judæis illæſis*, conſternunt atque proculcant.

50. Cam-

pueros ingenuos, virginéſque, infantes etiam cum ſuis nutricibus in gymnaſium includi jubent, ut, *viſâ ſuorum cladê*, illos inibi trucident.

* Id rejiciunt in A. V. C. 536. Coſſ. *Cn. Serviliô Geminô*, & *C. Flaminiô* II.

* Id

50. Campani Præfectos * ſociûm, Civeíſque Romanos alios, balneis includunt, ubi fervorê & æſtû animâ interclusâ fœdum in modum expirant: ſic Nucerianos Judices balneis etiam, *uti puteis & terrâ Senatores & alios Acerrarum*, perjuri Pœni ſpiritû privant.

51. Tarentinos ‡ Obſides Romæ, *corruptis duobus Æditui*s, ex atriô libertatis Phileas educit, ſed vulgatâ fugâ retracti omnes, virgis cæſi, & de ſaxô dejecti.

52. Cnæ-

* Id refundunt in Conſulatum ſequentem *C. Terentii Varronis*, & *L. Æmilii Pauli* II. A. V. C. 537.

‡ Id regerunt in A. V. C. 541. Coſſ. Q. Fulviô Flaccô, & Ap. Claudiô Pulchrô.

52. Cnæum * Scipionem, ejúſque velites, in turrim Afri compellunt, inibíque concremant: ſic Valentem Cæſ. Gotthi fugant in tugurium, ubi cum † ſuis incenſus eſt.

53. Saxum ingens labefactatum ex Capitoliò jugarium in vicum procidit & multos ‡ comminuit: ſic nativô in ſpecû Tiberius prandet, ſed labentibus repentè ſaxis commoluntur Aulici.

54. Ma-

* Καὶ τὸν πύργον ἐνέπρησαν οἱ Λίβυες, καὶ ὁ Σκιπίων κατεκαύθη μετὰ τῶν εὐζώνων. *Et turrim incenderunt Afri, & in eâ Scipio, cum expeditis militibus ſuis, combuſtus eſt.*

† Πῦρ ἐνέβαλον, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν συγκατέκαυσαν. *Injecerunt ignem, & Imperatorem ipſum, cum univerſis comitibus conſumſerunt.*

‡ Coſſ. L. Quinctiò Flamininô & Cn. Domitiò, A. V. C. 561.

*Id

54. Magnus * Antiochus, Aciliô victus & Romanis impar tributis, Jovis Elymæi, *nocturnô militê*, Gazis inhiat; ſed tenebricoſum ſacrilegium tenebræ ſatis denſæ occulunt nullæ, Inſularium quippe concurſû cum omni militiâ trucidatur.

55. Gentiles Juda † Maccabæus propulſat, & in fanum propulſos exurit; ſic blaſphemos Idumæos, *ſuum intra præſidium, munitiſſimum licèt,*

* Id referunt in A. V. C. 568. Coſſ. Appiô Claudiô Pulchrô, & M. Semproniô Tuditanô. Α'ντίοχον μὲν οὖν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα, ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ' αὐτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι.

† *1 Matc v. verſ. 44.*

2 Macc. x. verſ. 36.

Iſthæc Macchabæorum bellica facinora ad extremum deducunt V. C. Seculum ſextum.

cèt, ferrô flammáque delent Maccabæi.

56. Jonathas atque Simon, *ſuum ulturi Johannem*, filiorum Amri * Muſicos concentus genialéſque Hymenæos, *ſuâ in illos ex inſidiis irruptione*, in luctum atque lamentum convertunt: ſceleroſiorî & tragœdiâ fictas ſecum nuptias Artabani filiæ, myrtóſque Parthicas, planctibus atque cupreſſis illæſus & illaceſsitus † obruit Caracalla.

57. Tri-

* 1 *Macc.* IX. *verſ.* 37: V. C. Seculô ineunte ſeptimô. *Myrti* ſacræ Veneri; *Cupreſſi* verò, Plutoni dicatæ ſunt. Illas autem Parthicas enunciavi quoniam *Artabanus* Rex *Parthorum* erat, & ejus illæ *myrti* Joviales, atque Venereæ, converſæ ſunt in *cypreſſos* Saturninas, atque Plutonias.

† At Macchabæi *læſi*, atque adeò *laceſſiti* fuerant. 1 *Macc.* IX. verſ. 36.

* *Ætna*

57. *Trinacria* * tremorê quaſſatur ingentî, exindéque tam immanes æſtus evomit; Ætna numeroſiſſimis reſpiramen ut eripiat.

58. Mithridatis copias, *famis* † &

* *Ætna mons in Siciliâ*, (A. V. C. 628. Coſſ. M. Plautiô Hypſæô, & M. Fulviô Flaccô) *vaſtô tremore concuſſus igneos globos tanta vi ejecit, ut vicinum mare efferveſcere fecerit, piſces exanimaverit, rupes aduſſerit & molliverit, magnámque hominum multitudinem ſuffocaverit.*

† ,, Quum ex morâ obſidentem Regem ,, fames, & ex *fame peſtilentia* urgeret, re-,, cedentem Lucullus aſſequitur, adeóque ,, cecidit, ut *Granicus* & *Æſapus* amnes ,, cruenti redderentur. Nec felicior in mari, ,, quàm in terrâ fuga; quippe centum am-,, pliùs navium claſſem, apparatúmque belli ,, gravem, in *Ponticô mari* aggreſſa tempe-,, ſtas, tam fœdâ ſtragê laceravit, ut navalis ,, belli inſtar efficeret: planè quaſi Lucul-,, lus, quodam cum fluctibus, procellíſque ,, commerciô debellandum tradidiſſe Re-,, gem ventis videretur.

A. V. C. 681. L. Gelliô, & Cn. Corneliô Lentulô Coſſ.

& peſtilentiæ cauſâ, *ab* obſeſſâ Cyzicô, terrâ maríque recedentes & concídit Lucullus, & Pontus abſorbet.

59. Marci Antonii dedecus * Cretenſe Metellus vindicat † armis; univerſam enim Inſulam ignî ferróque populatur, & adeò ſævè in captivos conſulit, ut plerique venenô ſeſe conficiant.

60.Vi-

* Is etenim *Inſulam invâſit*, *cum ingenti victoriæ ſpe atque fiduciâ*, *adeò ut plures catenas in navibus*, *quàm arma portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam pleraſque naves intercepêre hoſtes: captiváque corpora religata velis*, *ac funibus*, *pependêre*; *ac ſic velificantes*, *triumphantium in modum*, *Cretes portibus ſuis adremigaverunt.*

† Is quippe *totam Inſulam ſubegit* &c. πᾶσαν τὴν νῆσον ἐχειρώσατο &c. A.V.C.685. L.Cæciliô & Q. Martiô Coſſ.

1 Ioh.

60. Vitem, quò lætiùs fruticet, vinitor [1] putat; ſic Dejotarus [2] quò pretioſius ſceptrum dilectiori filio tranſcribat, filios cœteros omneis (*ceu palmitum luxuriem curvô dentê* [3] *Saturni*) propriâ manû [4] reſcindit.

61. Sullanâ [5] rabiê Cæſar, Antonius & Lepidus agitati, per-

1 *Ioh.* xv. *verſ.* 2.

2 Rex Galatiæ, cui Cicero, *ſed aliud ob crimen quòd in ipſum impingebant*, patrocinatus eſt A. V. C. 708. Coſſ. honorariis *Q. Fabiô Maximô & C. Treboniô Aſperô*.

3 *Falculâ* ſcilicet, quæ eſt in tutela *Saturni*, & quâ vitem ruſticus attondet, fingitque putando.

4 Ἅπαντας ἐκείνους ἀπέσφαξεν &c. *Omnes illos jugulavit &c.*

5 Αἵ τε σφαγαὶ ἐκεῖναι, ἃς ποτὲ ὁ Σύλλας &c. *Cædes illæ, quales olim Sulla proſcriptionê uſus, fecerat, editæ ſunt; ac tota urbs cadaveribus impleta. Nam multi intra domos, multi in compitis, in foris, in locis ſacris, promiſcuè necati ſunt* &c. A. V. C. 711.

perniciosiorem ſuos in Civeis, quàm aut in Pœnos, aut in Cimbros, gladium diſtringunt, & quicquid nec Annibal videretur optaſſe ſtragis edunt.

62. Cantabros ſummas in anguſtias Auguſtus * adducit; at gens illâ bellô ferox & cedere neſcia, ſuorum mavult mutuâ lanienâ veſci & venenô ſibi conſciſcere mortem, quàm armis ſubigi Cæſarianis

* Αὔγουστος πρὸς τοὺς Καντάβρους ἐπολέμησεν &c. Et ruſum alibi, ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν, οἱ δὲ καὶ ἐκείνοις ἐθελοντὶ συγκατεκαύθησαν ἄλλοι δημοσίᾳ φαρμάκων συνεπλήσθησαν, ὥστε τὸ πλεῖστον καὶ τὸ ἀγελαιότατον φθαρῆναι. A.V.C. 728. Coſſ. Aug. Cæſarê nonùm, & M. Juniô Silanô.

Epilo-

Epilogus.

Sed, ne quid nimis: Rerum enim omnium ſatietas eſt. Abſit igitur vel plura pertexam, vel feliciſſima nati Salvatoris, quæ, *ſeculorum ſerie ductus*, attigi tempora, ſceleribus atque flagitiis, (*nec-non factô condignis exitibus tragicis*) contaminem.

Conſultius eſt ergo, Timanthis ad inſtar, qui, *ob Iphigeniam ad aras*, vulgarem adſtantium triſtitiam depinxit; at ingenti paterno luctui velum obduxit, ingentes & illos Chriſtianos dolores meos infandos,

(quibus & altô pectore premor, & totus inhorreſco, & totus obſtupeo) ſilentiô velare.

Verùm, antequam lugubri de tabulâ manum, en quadruplex adhuc ferale lineamentum, quod totam hancce meam funebrem tabellam ſuis umbris uti ſuffundet, ita meum & flebile penſum, *(ſed citra ſacros uſus, qui fori ſunt alterius,)* confecturum eſt.

1. Spadonis Eutropii * Conſulis ad exemplum, *(majori tunc † apud Arcadium, quàm*

* Μόνος καὶ πρῶτος Εὐνούχων, ὧν ἴσμεν, ἢ ἀκηκόαμεν τῆς τοῦ ὑπάτου παρὰ βασιλέως ἀξίας ἐτιμήθη. *Primus ac ſolus ex Eunuchis omnibus, quos ante vidimus, aut auditione accepimus Coſ. honorem adeptus eſt ab Imperatore.*

† Seculô exeunte quartô.

1. Is

quàm Bagoas [1] *unquam apud Alexandrum gratiâ pollentis,*) ſerviles ſeſe componunt animæ, ſibi genitalibus exſectis; ſed illâ exſectione ſuâ evirati [2] procumbunt in Orcum, nedum tergeminos ad honores graſſantur. Viros autem exanimes evirationê demiretur nemo *Juſtinianei* in Ἀῤῥενοκοίτας [3] *Edicti* memor; ipſos namque plurimos, *Turcicô* [4] *more*

1 Is enim *Alexandrum* obſequiô corporis ſibi devinxerat, & potentiam, *flagitiô & dedecore quæſitam*, exercuit tyrannicé.

2 Εὐνοῦχοι βουληθέντες γενέσθαι, σὺν τοῖς ὄρχεσιν ἀφῃρέθησαν καὶ τὰς ψυχάς. *Cùm Eunuchi fieri vellent, unà cum teſtibus, ipſâ quoque vitâ ſpoliati ſunt.*

3 Ille ſiquidem *legem edidit* A. C. 558. *in maſculorum concubitores, pleriſque veretrum abſcidit, atque ita eos lentâ mortê conſumi paſſus eſt.*

4 *Eunuchos poſſe etiam, non ſolùm velle, ut ait Terentius, jam compertum eſt, magnô malô*

more καυλοκοπτομένους, virilitas ſimul & vitâ defecit.

2. Seculô ſextô Inguinaria * lues, *ipſâ urentior* † *uredine*, tam altas ἐσχάρας inuſſit, horrendis ut plangoribus ulu-

malò puberum apud Turcas, qui non ſolos, ut olim, teſtes, ſed penem quoque abſcindunt.

* „ En 583. ſous Chilperic, le Ciel ajoû-
„ ta aus déſolations de la guerre une cruel-
„ le maladie Epidémique, qui courut par
„ toute la France; mais plus-furieuſement à
„ *Paris*, & aus environs. On la nommoit
„ la *Peſte en l'aîne*, parce-qu'elle paroiſſoit
„ en ces parties-là; Elle brûloit ceus qui en
„ étoient ateints, avec d'étranges douleurs,
„ & faiſoit *eſcarre*, en peu de tens, *comme*
„ *un cautére*. La plu-part en *mouroient*
„ *avec des cris*, & *avec des burlemens éfroia-*
„ *bles.*

† Metaphora eſt à frugibus deſumta, quæ πύρωσιν, καὶ ἀνεμοφθορίαν, καὶ σφακελισμὸν perpetiuntur, id eſt *uredinem*, *rubiginem*, *ſiderationem*, atque *carbunculationem*, quâ flores illarum aduruntur, & ad carbonis ſiccitatem, nigredinémque rediguntur.

1 En.

ululantes de vitâ migrarent Galli, præprimis Metropolitani.

3. Adriano ſecundo Lotharii ſecundi, *mendaciô*[1] *ſacrilegô*, imponunt Aulici; ſed cordium[2] ſcrutator, *qui ſuos facit Adminiſtros ignem ardentem*, perjuros illos repen-

1 En 868, & *un peu après le faus & ſacrilége ſerment, que Lotaire lui-même fit, avec ſes Courtiſans, en recevant la S.te Communion des mains du Pape Adrien, il arriva que la plu-part de ces Seigneurs-là moururent de maladie, ou autrement, en un ſi grand nombre, & auſſi ſubitement que s'ils euſſent été égorgez par le glaive de l'Ange Exterminateur.*

2 Deus ſcilicet, ὁ Καρδιογνώστης πάντων, *Act.* 1. *verſ.* 24. Ὁ πάσας καρδίας ἐτάζει, καὶ πᾶν ἐνθύμημα γινώσκει. 1 *Chron.* 28. *verſ.* 9. Sic *Ier.* XI. *verſ.* 20. δοκιμάζει νεφροὺς καὶ καρδίας.

3. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ * φλέγον. *Pſal.* 104. *verſ.* 4.

* ἢ, Τοῦ πυρὸς φλόγα. *Hebr.* 1. *verſ.* 7.

* Iſthæc

pentinis calamitatibus abſumit.

4. Conſultô * denique παραχρονισμῷ, en irriſor † Chriſti Julianus ‡ Judæis Tem-

* Iſthæc enim Vindicis Numinis ira, jam olim effulſit, *Annô ſcilicet* 363: At noviſſimum Dei, quod in peccatores judicium protuli, *Seculi* fuit *noni*; & intolerandum foret ἀντιχρόνισμα ni *quæſitum* foret atque *confeſſum*.

† Imò, verbis ut utar *Pſalm.* 1. *verſ.* 1. ἀσεβὴς, ἁμαρτωλὸς καὶ λοιμὸς; revera quippe, *impius* fuit *peccator*, atque *peſtilens*, & *Peſtis* ipſa Chriſtianorum.

‡ *Apoſtata* ſcilicet, *ſive transfuga*, atque *defector*, qui, *aliter ut dicam quod res eſt*, τὴν τε πίστιν, καὶ τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν ἀπωσάμενος, περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησε, *fide & conſcientia bona expulſis*, *fidei fecit naufragium*, 1 *Tim.* 1. *verſ.* 19. Tantô autem ille ludibriô Chriſtum habuit, ut, volantê ſagittâ lethalî præliando confoſſus, manantem vulnerê ſanguinem manû exceptum in aëra ſparſerit, cum hôc in Chriſtum dicteriô, Κορέσθητι Ναζωραῖε, *ſatiator Nazarene*; vel ut aliis placet, Νενίκηκας Γαλιλαῖε, *viciſti Galilæe*. Ita impius, impiè occubuit.

Templum inſtaurare [1] præcipit; ſed, qui deriſores [2] deridet & terram [3] fundavit, [4] baſes

1 Salomonis Templum militê Romanô deletum, Judæis non ſolùm, *uti vulgò ferunt*, reædificare *permiſit*, ſed & in odium Prophetiæ Chriſti, *Matth.* XXIV. *verſ.* 2. ΚΕΛΕΥ'ΕΙ κτίζεσθαι τὸν ναὸν, id eſt, *jubet, mandat, injungit, imperat* ut Templum *condatur.*

2 *Quandoquidem deriſores ipſe deridet, manſuetis autem dat gratiam. Prov.* III. *verſ.* 34. Θεὸς γὰρ οὐ μυκτηρίζεται. *Gal.* VI. *verſ.* 7.

3 *Iob.* XXVI. *verſ.* 7. & XXXVIII. *verſ.* 4, & 6. *Pſalm.* XXIV. *verſ.* 2. LXXXIX. *verſ.* 12. & CIV. *verſ.* 5. & CXXXVI. *verſ.* 6.

4 *Baſes, columnas, fundamenta*; imò *circulos & annulos*, atque *harpagonas*, terræ qui tribuit, genuinorum genuinum ſeſe præſtat Interpretum Interpretem; Quid enim aliud ſonant ipſorum τὸ θεμελιοῦν τὴν γῆν, καὶ τοὺς τῆς αὐτῆς κρίκους πήγνυσθαι, quàm *fundare terram*, & *annulis* eandem, atque *circulis*, veluti *connectere*, atque *compingere*, πρὸς τὸ τῆς αὐτῆς στερέωμα, *illius firmandæ causâ? Iob.* XXXVIII. *verſ.* 4. Et *Pſalm.* XXIV. *verſ.* 2. & CIV. *verſ.* 5. & *Prov.* VIII. *verſ.* 29. Et rurſum *Iob.* IX. *verſ.* 6.

ſes ejus concuſſit *, è quarum veluti faucibus angularia ‡ veteris Templi, (*cujus lapis nullus ſuper lapidem relin-*

verſ. 6. & XXXVIII. *verſ.*6. ac *Pſalm.*136. *verſ,* 6. Quanquam terra τοῖς στύλοις τοῖς ἐκείνοις πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῆς nequaquam egeat, ſuis etenim librata ponderibus ſtat immota, *unô Dei potentê ſuffulta verbô*, φέρει γὰρ τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. *Hebr.* I. *verſ.* 3.

* Is ſcilicet idem, qui Legem promulgaturus τῇ φωνῇ τῇ αὐτοῦ τὴν γῆν ἐσάλευσε, *você ſuâ terram commovit*; quique Philippenſis *cuſtodiæ fundamenta*, Pauli atque Silæ gratiâ, *quaſſavit*, Ἄφνω γὰρ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου. *Hebr.* XII. *verſ.* 26. & *Act.* XVI. *verſ.* 26.

‡ *Capita* ſcilicet *angulorum* in altum jactata ſunt; τοὺς λίθους Sacri Codices vocant τοὺς ἀκρογωνιαίους, ἢ τὰς τῶν γωνιῶν κεφαλάς. *Eſaiæ* XXVIII. *verſ.* 16. *Epheſ.* 2. *verſ.* 20. Et 1 *Petr.* 2. *verſ.* 6. ac *Matth.* XXI. *verſ.* 42. &c.

* Id

*relinqui * debuit,)* eructata ſaxa reædificantes ex naturæ humanæ finibus † exterminant.

O quàm

* Id enim Prophetæ, ac Prophetarum ſummus, 1 *Reg.* IX. *verſ.* 7. & 8. *Ier.* VII. *verſ.* 11. *Mich.* III. *verſ.* 12. & *Matth.* XXIV. *verſ.* 2. ac *Marc.* XIII. *verſ.* 2. & *Luc.* XIX. *verſ.* 44. & XXI. *verſ.* 6. erant vaticinati. Nam oportet omninò, *donec tranſeant cœli & terra, nullum* Ἰῶτα, *nullum apicem ex Lege præterire, uſque dum omnia fiant. Matth.* V. *verſ.* 18. *Cœlum enim & terra præteritura ſunt, ſed verba mea nequaquam præteribunt. Matth.* XXIV. *verſ.* 35.

† Meum *Polyantheam*, parî ad calcem, ac nuper ad caput, fidelitatê, deſcribam. Καὶ διὰ τῆς νυκτὸς σεισμὸς μέγας ἐπιγενόμενος ἀνέβρασε τοὺς λίθους τῶν πάλαι θεμελίων τοῦ ναοῦ, καὶ πάντας διέσπειρε σὺν τοῖς παρακειμένοις οἰκήμασι. *Noctû, terræ motus ingens exortus, lapides ex veteribus templi fundamentis avulſos ſurſum excuſſit, & cunctos, unà cum contiguis ædificiis diſperſit.*

O quàm improviſum & quàm inauſpicatum Juliano Judæíſque caſum ! O quàm terribile Tuas in manus incidere, mî Deus ! O quàm terrifica, ſed quàm juſta Tua, vel ſeveriſſima, in peccatores judicia ! O quàm inopinâ, & quàm variâ, *ſed quàm meritâ*, duræ Tuas in Leges cervicis ſervos mortê plectis.

Dum igitur nemo Noſtrûm integer vitæ ſceleríſque purus eſt, totidem iræ Tuæ meritiſſima, quot modò & audivimus horriſona & rapida vidimus, noſtris verticibus imminerent fulmina, ni Servatorem JESUM, noſtris ex peccatis *Liberatorem* eſſe-

eſſemus fidiſsimum nacti, qui, benigniſsimis ſalutiferæ gratiæ ſuæ radiis, omne malum, contra Satanæ rabiem atque techinas, ſuis à dilectis, Verus & Unus ac Omnipotens Ἀλεξίκακος averruncaret. *DIXI.*

Inundationê abripis eos, ſomnus ſunt; ipſô manè ſunt *ut fœnum* tranſiens:

Ipſô manè quô effloruit tranſiens, ipſô veſperê exciſus atque exareſcens?

Quando conſumitur ira Tua, & Tuô æſtû conturbamur.

Proponis iniquitates noſtras Tibi, occulta noſtra lumini faciei Tuæ.

Nam omnes dies noſtri divertunt excandeſcentiâ Tuâ, conſumimus annos noſtros, ſimiles ſermoni ſunt.

Pſalm. xc. verſ. 5. 6. 7. 8. & 9.

In ſu-

In ſudore vultûs tui veſcitor cibô, donec revertaris in humum, cùm ex eâ deſumtus ſis: nam pulvis es, & in pulverem reverteris. Gen. III. verſ. 19.

Redigis mortalem eò uſque ut ſit contritus; dicens, revertimini filii hominum. Pſalm. XC. verſ. 3.

Redeuntĕ ipſô pulverê in terram quemadmodum fuerat; ſpiritû autem redeuntê ad Deum, qui dederat illum. Eccleſiaſtæ XII. verſ. 9.

Exit ſpiritus ejus., revertitur in terram ſuam: diê eôdem pereunt cogitationes ejus. Pſalm. CXLVI. verſ. 4.

F I N I S.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΙ

CARDIACI

CONTRA

VIPERINOS

Calumniatorum morſus.

Optatius eſt *Nomen divitiis amplis; argento & auro gratia melior.*
Prov. cap. XXII. verſ. I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PER
CONVICIA
ET
LAUDES.

ΔΙΑ' ΔΥΣΦΗ

ΜΙ'ΑΣ

ΚΑΙ' Ε'ΥΦΗΜΙ'ΑΣ.

Ε'ΥΦΗ-

Ε'ΥΦΗΜΙΣΜΟ'Σ

D. D.

FRIDERICI SPANHEMII, F.

S. S. Theol. in Acad. Batava Profeſſoris Senioris, & Acad. p. t. Rectoris Magnifici.

Μ*ωμεῖσθαι* illi ferè conſueverunt quibus *μιμεῖσθαι* non datum. Cumprimis ſuſtinent invidiæ plurimum, qui invidiæ fines, inacceſſâ reliquis eruditione, judicantur reliquiſſe. Subiit hoc quoque fatum, cùm aliàs, tùm noviſſimè, Carolus Drelincurtius, quem Principibus ævi noſtri Medicis ipſe livor adſcribit. Nos equidem, quum pro Concione *Libitinæ Trophæa* nuper computaret, hæſimus, an non veriùs ſibi alia erigeret inexhauſtæ do-

ctrinæ, & rariſſimæ facundiæ. Enimverò, ſi res ipſas attendimus, unius DRELINCURTII fuit, intra eas anguſtias vel chartæ, vel temporis, ea congerere quæ lectionem diffuſiſſimam, πολυμάθειαν ſtupendam, ac capaciſſimam omnium mentem, ubique ſpirant: ſi Latina verba, incredibile dictû, ut ſingula in morborum ſine fine, fatorúmque expreſſiſſimâ imagine, rebus reſpondeant. Sacra verò ſeu præcepta, ſeu exempla quod attinet, quibus ut gemmis & unionibus totum Orationis contextum ornavit, non tam hîc DRELINCURTIUM Medicum, quàm DRELINCURTIOS Theologos, Patrem & Fratres, agnoſcas. Tu, Lector, qualis eſſe debeat Medici Religio, in hujus paginâ & vitâ contemplare. Trajecti ad Rhen. prid. Kal. Aug. Greg. Annô vulg. cIↃ IↃ CLXXX.

IN

IN

ORATIONEM

Viri Celeberrimi

CAROLI DRELINCURTII,

IN

Alma Batavorum Academia Medicinæ Profeſſoris Primarii, quam habuit Magnifico Academici Rectoris munere defunctus.

Priſci candidus æſtimator ævi,
Drelincurtius ecce, quo docente
Coï dogmata vindicata civis
Haurit Palladis atrium Batavæ:
Artem qui revocat diu ſepultam.
Credas hæc ſenis orſa Pergameni:
Chironiſque Machaoniſque credas
Succo conſpicuam manum ſalûbri.

Nam quid, Zoile, rodis immerentem?
Qui quicquid veteris celêbre charta eſt,
Et Græca ſimul & ſimul Latina,
Præ te deſpicis arroganter uno;
Nec Coum legis improbaſque civem.
Quin tecum decora orta litterarum,
Et tecum peritura gloriaris.
Iactas, Zoïle, veriora veris:
Vindex ſed Nemeſis tibi timenda eſt,
Ne plus quam cupias ratum ſit omen,
Nam tu putidulo protervus ore
Quam canis reverentiam magiſtris
Præſtas, Zoïle, mimicamque ſannam,
Hac te poſteritas remunerabit.

Vianæ ad Leccam
pridie Kal. Sextil.
A. CIↃ IↃC LXXX.

NICOLAUS HEINSIUS
Dan. F.

E'ΥΦΗ-

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ
D. D. H. MARESII.

EXCELLENTISSIME VIR,

Summoperè mihi gratulor, quòd mea tandem valuerint vota, ínque Publicum eruditiſſima tua, cultiſſimáque prodierit Oratio. Quàm ægrè tulerim Sacris illis, (*ad quæ tam Urbanus Memet invitabas,*) haud aliter quàm per emendicatas Amicorum aureis intereſſe, manet adhuc altâ mihi mentê repoſtum. Ab illis autem pergratum fuit reſcire tuam Orationem ad aurium mollitiem accommodatiſſimam fuiſſe, libratas periodos omneis; vocémque, *varios ad hiſtoriarum caſus*, inflexam; & totum denique corpus eâ diſpenſatum artê, ut lugubris atque truculenta materia tua nihil omninò vel à voluptatê, vel à venuſtatê abfuerit. Verùm, multiplex etſi fuerit Eruditio Tua, & Eloquii facilitas, & exornandis *Libitinæ Trophæis* lectiſſi-

mos cùm è Sacris, tùm è Profanis Scriptoribus hauſtos eventus, metricâ & numeroſâ methodò in Ordinem digeſſeris; ac Oratio univerſa tua byſſô atq; purpurâ veſtita ſit, nec-non aurô atque gemmis interſtincta; & ſericis inſuper verbis, (*quibus Paryſatis Reges compellari voluit,*) referta; phraſî comptiſſimà perpolita; ac fragrantiſſimis odoribus veluti perfuſa; & acuminê præterea multô ſtipata; nihilq; prorſus tui ad argumenti vel elucidationem, vel ornatum reticeat; *Invidia* tamen, (*quæ utinam ſpontaneô fatô è vivis exiiſſet, & jam olim* Libitinæ Trophæis *adſcripta,*) ſuos, *qui puriſſima quævis, Harpyarum adinſtar, ſuô conſpurcarent afflatû*, buccinatores reperit maledicos. Hi namque, occaſionê arreptâ, quod aliô ſub ſiderê natus, *Gallus ſis Hercules*, cui de meliorê lutô Titan præcordia finxit, verboſam Orationem, infelicî texturâ haud ſatis conſtrictam; exemplis plurimis incondit is ſuffertam; omnî demum concluſionê

nê vacuam inclamarunt; unô verbô, & ut explicatiùs eloquar, totam Orationem averſâ damnarunt faciê. Tantum Invidia potuit ſuadêre malorum, & eò uſque eloquentia conculcata, & eruditio malignis exoſa.

Si roges, è quâ Sectâ invidi illi prognati? Fortè ex illâ, quæ ſupra modum *Vocalis*, multum luminis, multum acuminis oſtentat ambitioſè, Sectatores licèt ſuos ventô plerumque tumidos relinquat, monſtrétque ingenioſo capiti, ſtolida & ferina membra quandoque ſubeſſe.

Si porrò quæſiveris, quid præciſè ſolers malitia, & flexuoſus carpſerit livor? Quid Momi, (ἐπὶ μικρὸν βλέποντες, *quique ingentes animos anguſtô in pectore verſant*) Cenſoriâ virgulâ caſtigarint, en Malignitatis obtentum, Quid noſtra refert, *inquiunt*, reſcire Mortem ævô ab omni genus depopulatam eſſe humanum, illúmque jacêre per quem jacênt omnes? Quis noſtrûm ignorat, *Parcas* nemini *parcere*,

nec mortem quemquam morari? Cui bono tam multa in id unum exempla congeſſiſſe? Paſſim enim apud POLYANTHEAM, *alióſque triviales; manibus tritos indoctis*, occurrunt? Sed ô delirantes Zoïli! Quibus quæſo potiorî jurê incumbebat de Mortê diſſerere, & illius enarrare *Trophæa*, quàm illis, quorum vehementer intereſt iſthæc circumcidere, & illam ad tempus à morboſis arcêre? Quodnam accommodatius, *Viro præſertim Medico, de Politicis nequaquam acturo*, thema fuit eligendum, quàm id ipſum, quô, *mentem in Auditorum*, nuperus revocabatur obitus tot Virorum de Academiâ benè meritorum; cui Tragicæ Scenæ Programma pridianum, *publicis affixum valvis*, tam opportunè præluſerat? Placuit tamen diſtortis mentibus ſuas non *rationes*, ſed *delirationes* incruſtare, deblaterando, Te merâ uſum eſſe ταυτολογίᾳ, cùm de *Taurorum Hecatombis* * ſermonem habuiſti? Verùm, ô cæca pectora! Non, Tu, Vir Doctiſſime,

* *Pag.* 117.

ctiſſime, ſed accuratiſſimi quique Scriptores, *tuúſque comprimis Galenus*, eandem qui phraſiologiam inculcant, in partem vocandi venirent? Quid futilius ergo, quídve inſulſiùs?

Præterea, haud ſtolidè minùs, quàm impudenter, impingunt Tibi, (*quod nequidem Te ſomniaſſe putem*) Pugnam ad Thraſymenum, in Asia * commiſſam. Obloquutores interim illi *de Aſiâ* te locutum eſſe, dum falsò pertendunt, ſeſe non ex Orientê, *Patriâ Magorum*; ſed, vel ex Africâ, *Monſtrorum Regionê*; vel veriùs, ex Arcadiâ, *Majuſcularum Luſciniarum cœlô*, ſeſe proferunt oriundos.

Damnarunt inſuper, *Aſſyria Caſtra* 185 *cadaverum millibus Angelicâ cæde nocturnâ conſternata* †, quaſi terrore Panicô tot hominum *millia in fugam* duntaxat fuerint *acta*; ludentes in voce *conſternata*; nec attendentes, Te, de *cadaveribus*, ſeu de corporibus cædê proſtratis, & militibus necê confectis, mẽtem Tuã omnem luculenter aperuiſſe.

* *Pag.* 87. † *Pag.* 99.

Inge-

Ingenioſiſſimam denique Tuam, ac luminê plenam alluſionem, *Eſca* nimirum *Sacram famem* *, nauſeantes illæ Noctuæ, *famelica licèt*, turpiter revomunt, Te ſiquidem obtortô collô retrahi volunt ad vulgatiſſimum *Maronis* illud, *Auri ſacra fames*. Digni certè, qui cum *Midâ*, *ejuſdem Aſinini generis*, ſuas omneis *eſcas* in *aurum* converti cernant, quòd *aurum* in *eſcam* converti tulerint nequaquam.

Sed quid prodeſt aurea ſtupido obtrudere vulgo, cùm ab *æneis aurea* ſecernere nequeat? Quid juvat margaritas pretioſâ, *turbam apud imperitam*, ſpargere manû; cùm circa gemmas rariores, plurimi porcos ſeſe prodant? Quid opus ingenioſa & acuta quævis Orationi inſpergere, cùm ad illa ſtupeant ſtolidi? Quid valet perfuſos gratîs odoribus ſermones in medium proferre, ſi Sus amaracum ſpiret? Condodonare eſt potiùs deliris iſtis, qui nequidem totô hellebori jugerê ſanandi forent, & deſpicatiores cùm ſint, ſibi-

* *Pag.* 128. lis

lis explodendi, & unô puniendi contemptû. Quòd ſi de ipſis aliquot perrari non omninò deſpecti jaceant, amandandi venient ad Novellas tum Belgicè, tum Gallicè vulgatas, in quibus utriſque, ſuô cum pudorê, literis lecturi ſunt Uncialibus, *Experientiſſimus Dominus Drelincurtius faſces Rectorales nudius tertius depoſuit in Academiâ Lugduno-Batavâ poſtquam more ſuô eruditiſſimè, ſummâ cum laude, & ad omnium palatum, expectationémque, in frequentiſſimô Auditoriô peroraſſet.*

Cæterùm, miſſis Invidorum quiſquiliis, Tibi, *Clariſſime Vir*, & *Amicorum integerrime*, quantas poſſum animô concipere gratias gratiſſimas ago & habeo, quòd Tuam Orationem, *factam ad unguem*, unà cum luculentiſſimis Tuis elucidationibus, juris feceris publici. Ex illâ quippe, quantula ſint hominum corpuſcula; quàm multæ ad Occaſum viæ pateant; quàm miranda, *ſed quàm tremenda*, Summi Arbitri Vitæ & Necis judicia, in capita crimi-

criminibus deturpata, ſalutariter colligere eſt. Verùm, rei totius apex eſt, quòd iſthæc methodô tam concinnâ, ordinê temporum tam accuratô, phraſibus tam exquiſitis, parallelis tam æquis, ut omnia ad bilancem in ponderê, numerô, & menſurâ, librata videantur. Auſim inſuper profiteri periodum extare nullam, quæ ſuum & *ſolem* & *ſalem*; ſuum puta & *lumen*, & *acumen* præ ſe non ferat; nihil ſubeſſe præterea quod Catholicam contra fidem, *ſemel traditam Sanctis*, ullô modô arietet. Sicut igitur Themiſtocles Civi dixit Athenienſi, *Amice, verba tua Civitatem deſiderant*; Potiori jure Tibi dixerim, *Amicorum Amiciſſime, verba tua ſeculum deſiderant quatenus Cedrô digna.*

Perge, *Doctiſſime & Politiſſime Virorum*, partus huic ſimiles in lucem edere; nec Te moretur Cenſorum mordacitas. A multis retrò ſeculis ſævit in Togam ambitio, & Virtuti ſua nocuit excelſitas. Gloria tibi nulla mi-

minor erit *Libitinæ Trophæa* narraſſe, quàm fuit Optimo Parenti Tuo, piiſſimæ memoriæ, *Pia fidelis animæ ſolamina contra Libitinæ Terrores*, ſeculo feliciter conſecraſſe. Sic nempe fuit in fatis *Parentem* & *Filiũ* ab iiſdẽ *Libitinæ Trophæis*, ſua ſibi ſtatuiſſe Trophæa.

Faxit Deus Ter Opt. Max. ut cùm videberis, Tu ipſe, poſt curſum ſanctè his in terris emenſum, *Libitinæ Trophæis* adſcriptus, anima tua ſanguinê abluta glorioſi *Theandri*, qui omnia *Mortis*, ſuâ Mortê, *Trophæa* proſtravit, cœleſtem in Arcem evehatur, intra quam omnibus à malè feriatorum jaculis tuta, hoc in Ἐπινίκιον erumpat, *Ubi tuus, ô Mors, aculeus; Ubi tua, ô Sepulcrum Victoria, Deo autem gratias, qui dedit Nobis victoriã per D.N. J.C.* Amẽ.

Id Tibi, *Clariſſime & Chariſſime Domine*, vovet animitùs, Tuus ex aſſe devinctiſſimus, & ad omnia obſequia promptiſſimus,

HENRICUS DES MARETS.
Eccleſiaſtes Delphenſis, Gallo-Belga.
E Muſeo Noſtro Kal. Aug. M D C LXXX.

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ D. D. MARCI van ES.

Vir Nobiliſsime ac Celeberrime,

Orationem tuam quam in frequentiſſima Auditorum Panegyri habuiſti, dum Magiſtratu Academico abires, tuo juſſu ad me miſſam accepi, & illius honoris atque muneris ergò me tibi devinctum profiteor. Gratulabar quippe mihi, de novô tui erga me amoris & benevolentiæ teſtimoniô: nec minùs gaudebam illa Oratione jam typis expreſſa, mihi occaſionem natam ea accuratius ruminandi, de quibus, te graviſſime diſſerentem audiveram: & certè, quò ſæpius exſpatior in amœniſſimum campum, quem tu hac diſerta Oratione aperuiſti, eò magis animus afficitur, dum vim & efficaciam ejus, ſeſe intimis cordis mei penetralibus ingerere perſentio: & ut totus mirabar tam promptam & expeditam enarrationem tot me-

memorabilium, quæ non ex trivio petita, ſed ex ipſis Hiſtoriarum limpidiſſimis fontibus hauſta; ita nunc dubius hęreo, utrum ſublime tuum ingenium, acre judicium, memoria vaſta, diffuſa & profunda eruditio, aut dicendi perſpicua facundia, majorem laudem mereatur.

Diſcant Te Duce, qui ex Suada Flexanima gloriam ſibi parare ſtudent, non compoſita Sententiarum Florilegia perrepere, aut trita Exemplorum Theatra luſtrare, ſed ad ipſa Hiſtoriarum adire Tempe, ipſóſque flores decerpere, exindéque capiti ſuo coronam nectere, unde priùs nulli cinxerunt tempora laurô.

Licèt autem hæc Oratio malevolorum & invidorum obtrectationibus fuerit impetita, pretium tamen ejus apud Cordatos eò ſolidius erit, ſicut arbor firmior atque validior eſt, quæ vim tempeſtatis fregit atque devicit. Sed eſt quòd ſingularis tua Virtus, quæ nullius indiga laudis, ampliſſima præ-

præmia in propria conſcientia ferat, laudes namque tuæ, jam olim tuis meritis, in tam excelſo loco, támque ſublimi, collocatæ ſunt, ut eas nec Calumnia ſuâ proluvie conſpurcare, nec Invidia ullis machinis deturbare queat.

Cæterùm precor, concedat tibi Deus mentem tranquillam in corpore ſano, ut benè merendo de hac Academia & Bono Publico, ſicut id hactenus feliciter ſuſtinuiſti; ejuſdem Decus & Ornamentum diu prædiceris.

Sic voveo Nominis Tui obſervantiſſimus Cultor,

Data Dordraci Kal. Aug. 1680.

MARCUS VAN ES.

Eccleſiæ Belgicæ Leidenſis Paſtor & Collegii Theologici Per-Illuſtr. Ord. Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Pro-Regens.

Ε'ΥΦΗΜΙΣΜΟ'Σ
D. D. ÇAPELLI.

Quàm mihi volupe fuit V. C. heſternam Tuam auribus avidis Orationem haurire! Verè dignam & Tui dicentis orê, *iſtâ præſertim locô & tempore*; & Auditorum animis, verâ ſapientiâ vel imbuendis, vel corroborandis. Quid enim, dum Faſces Academicos, *ſolemnî illâ die* publicè deponeres, Sceptrúmque Rectorale digniſſimo traderes Succeſſori, Viro ſapienti proclivius fuerit, quàm ſeriâ mente volvere rerum omnium humanarum viciſſitudinem? Patulóque & rotundô orê profiteri, ſi quâ dignitate, excellentiâve, præ cœteris mortalibus, *benignitate Supremi Largitoris*, decoremur; eam omnem aliquando eſſe deponendam; Imo, omnia Sceptra, ipſámque adeò vitæ lampada *Immortali Rectori*, & Patri Spirituum eſſe tradendam. Quotquot jam olim veræ ſapientiæ laudê claruêre, ætherei ſpiritûs jubare coruſcantes, omnem ſapientiæ apicem poſuerunt in rectà meditatione mortis

& Chriſti & ſuæ. Ex illâ enim profluit fons vitæ perennis, per hanc ad cœleſtes ſcatebras æternùm ſalientes patet aditus. O beatos! quibus cum Electionis Vaſe, τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Quibúſque corde ſincerô, gloriari licet, καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Utiliſſimam ergo V.C. Orbi Chriſtiano præſtitiſti operam, quum, poſt tot ſalutaria aliorum Sapientum monita, illuſtria mortalitatis ſpecimina ex omnium temporum monumentis; ſacris, profanis, antiquis, recentioribus, tanquam ex uberrimô reconditioris eruditionis Tuæ penu congeſta, protuleris eâ fidê, copiâ, ordinê, ornatû, ut parem habiturus ſis neminem, æmulos verò multos.

Ita nimirum in propatulô LIBITINÆ TROPHÆA oſtentare voluiſti, ut Immortalitatis Candidatis, *jam vanitatum hujus ævi pertæſis, ádque æternam vitam graſſantibus*, animos adderes; hujus autem ſeculi filios, *æternitatis*

plus ſatis ſecuros, você piâ, *tanquam clangore tubæ ſacra*, *Lethargô excitos*, ad ſaniorem mentem vitæque ſempiternæ ſtudium propelleres.

Utinam Mihi, multíſque, *vitæ beatioris ſtudioſis*, hanc eandem, quam patulis auribus excepimus Orationem, Lynceis luſtrare oculis identidem liceat. Noli eam V. C. Publico invidêre, at chartis, *ære perennioribus*, impreſſam, tanto beneficiorum in Remp. Literariam cumulo adjicere dignator. Ita non unô mortalibus profueris modô, nec unô celebris meritô, ſublimî feries ſidera verticê. Tu quippe Unus, dum afflictis corporibus dextrê ſuccurris Medicus celer atque fidelis, languentibus inſuper animabus, *lethalî venenô turgidis*, cœleſtia propinaturus es antidota, quorum opê, *Unicô largiente Soſpitatore*, moribundis vita, vigórque redeat æternúm.

Celeberrimi Nominis Tui Cultor,
J. CAPELLUS, Lugd. Bat.
In Eccleſiâ patriâ V. D. M.

Dabam IX *Febr.* *A.* CIↃ IↃ C LXXX.

E'ΥΦΗΜΙΣΜΟ'Σ

D. D. KNIBBE.

VIR CELEBERRIME,

Orationis tuæ doctiſſimæ gratiâ gratias ago quam maximas, ex quô ſiquidem illam elegantiſſimam publicè audivi, eandem & anhelavi ſedulâ mentê ruminari ſeorſum; idque præſertim, quòd meô non ſolùm judiciô, ſed & Doctiſſimorum plurium arbitriô, tota fuerit erudita ac orthodoxa; & ſtylus ejus inſuper verè Latinus ac Oratorius, tuis cum geſtibus concinnis de palmâ certaverint.

Sed, quàm mihi dolet, ex literis tuis intelligere, malignam malè feriatorum indolem, tot in Te læva detorſiſſe, ut illorum ergò, qui plenis, *ut ais*, buccis te Polyantheam exſcripſiſſe deblaterant, Temet in τυπογραφεῖον receperis! Quaſi verò, *Literatori tanto* ipſis Oratorum primis elementis opus eſſet! Quis enim neſcit, *Drelincurtium modò qui novit*, te Anatomicorum hujus

hujus ævi facilè Principem, & Medicum non duntaxat expertiſſimum, ſed & utriuſque linguæ, tam Græcę quàm Romanæ peritiſſimum, ac omnibus etiam in Hiſtoriis ſacris atque profanis verſatiſſimum eſſe?

An non ſcripta tua de ſecretioribus Medicinæ materiis, ac Orationes variæ, quæ Doctiorum manibus verſantur, doctrinam, induſtriam & literaturam ſolidiſſimam redolent, quæ *δὶς διὰ πασῶν* à Langii, aliorúmve Polyantheis diſtant?

At *Viris Illuſtribus*, *Magníſque Ingeniis*, nec invidi nec obtrectatores deſuerunt unquam. Ingenia namque vel negligenter educata, vel malè feriata, *ipſa dum nihil agunt*, aliorum & ſcripta & facta ſolent allatrare. Nihil quippe tam doctum, tam diſertum, támque defæcatum eſt, quod ipſi vel lævorſum non detorqueant, vel non inquinent; rectum enim nihil putant niſi quod ipſi fecerunt.

Æmulos igitur iſtos, *Vir Eruditiſſime,*

me, vagari ſinito, & ſuis æſtibus ultrò citróque jactari, illóſque dentatâ tuâ chartâ penitus indignos reputato. Erras enim, *Doctiſsime Drelincurti*, ſi tam ſiniſtrè tuâ de famâ judicas, ut obtrectationibus illis, de Eruditionis arcê, *quam tandiu inſediſti*, Te deturbatum arbitreris: ipſi namque maledicentiâ ſuâ, & invidentiâ, deſpicatiſſimi jacent.

Tu itaque, *Vir Prudentiſsime*, fruere pace tua, & lætare propter exiſtimationem quâ vales apud piè-doctos, & doctè-pios; & (ut ipſe ais, *Tibi cane & Muſis*. Imitemur modò benigniſſimi *Soſpitatoris* noſtri exemplũ, ut inſectãtibus & maledicẽtibus benè precemur. Vale interim, & diu vive Deo, Tibi, Patriæ, Academiæ, Amicis, & Mihi,

Nominis Tui Cultori obſervantiſsimo
Davidi Knibbe
Eccleſ. Leid. Paſtori.

Dab. L. Bat. ipſis Aug. Cal. 1680.